Nempe quilibet, habili ad percipiendam artem ingenio praeditus, si simulacrum aspexerit, non facile ab eo nec nisi moleste discedet, ac spectandi voluptate expleri non poterit: illos autem qui in orationes tuas, quasi in simulacra animata, oculis defixis haerent, illos inquam pulchri satietas capiet, aut citius ii discedent ab illis rebus, quae oculorum mentis epulae et deliciae sunt? Id quidem nemo, ut opinor, dicturus est, qui rationis usu instructus sit. Ego, quo tempore magnam urbem habitabam, praeclaras tuas disputationes mirari haud desinebam: nemo erat eruditus, qui non conscius mihi esset applaudenti ingenii tui foetibus, et honorificis praeconiis eos commendanti. At nunc eos libros, quos hoc anno in lucem emisisti, magis admiror; quamquam egregias orationes quam plurimas iam ante edideras, morum gravitate, sententiarum dignitate, verborum maiestate nihilo inferiores Platonis orationibus. Quippe et figuris et compositione et verborum apta collocatione et coniuncta cum suavitate copia et persuadendi vi rhetorica illas aequiparant, quae ab oratoriae artis principe elucubratae fuerunt. Ad eiuscemodi orationes cum et magnanimi Demetrii, et eius quae Deum arcanis rationibus peperit, laudes adiunxeris, quonam (putas) erga te sensu affecisti politioris litteraturae studiosos? Equidem quotquot hic degunt, eos primus ac solus mecum in admirationem rapui. Quod si et illud dici debet, magis profecto quam antea ingenii tui magnitudo nunc demum eluxit. Nimirum doctrinam in tuis operibus reconditam, partim a plerisque ignoratam, partim eorum, qui utcunque intelligerent, praemeditatae invidiae obnoxiam, quantum in nobis fuit ita explicuimus, ut et invidi praecluso ore obmutescerent, et nostrae approbationi aliorum praeterea complurium suffragia accederent. Iamque adeo te non huius tantum nostrae, aut eius quae proxime praecessit aetatis, sed et superiorum temporum eruditis omnibus, quorum libri monumenta sunt magnorum ingeniorum, maiorem atque excellentiorem statuo. Quod autem non temere id a me nec ad gratiam ullo modo dicatur, cum alia multa abunde declarant, tum ea, quae statim dicturus sum. Alii quidem alias disciplinas et alia studia professi sunt, prout cuiusque voluntas et institutum fuit, aut (ut verius dicam) natura: in quibus cum excelluissent et ad summum pervenissent, tum demum aemulos et similibus laboribus exercitatos visi sunt superasse. At tu nihil est ad quod natus non sis; nihil, quo non te ipsum aggregaveris; nihil, in quo haud felicissime elaboraris. Sed in omnibus sic versatus, ut nemo in singulis, tui

1) Fort. σῶν.

et caeterorum discrimen evidens fecisti. Nam in quibus particulatim quisque praecipuam et singularem operam posuerunt, in iis quosdam supergressus es, cum aliis de palma contendisti; nusquam infra primos substitisti: immo, ut summatim dicam, unus hos omnes re ipsa superasti, eo quod ab illis pleraque multiplicis doctrinae genera neglecta sunt; tu vero universa simul perscrutatus es, et ex omni eruditionis parte fructus eximios produxisti, habesque ab omni scientia famam et nomen; sic ut poëtam te, oratorem, sophistam, historicum, et aliis singulis nominibus si quis compellet, is a vero aberraturus non sit. Iam ab philosophia, scientiarum augustissima, quis vere est denominatus? Nonne is, qui non solum re (ut ita dicam) philosophus est, sed cui hoc nomen [1]) ab omnibus pro alia quavis appellatione tribuitur? Multi philosophiae studuerunt: unus tu nomen ex ea sortitus es eximium. Etenim rerum cognitionem certam tibi providere et harum causas perfecte explorare cum velles, physiologiam quidem universam, et theologiam, et logicas argumentationes diligentius pervestigasti, quam ea quae dicuntur rudimenta primi puerorum doctores. Tum scientiarum primariarum seu mathematum studio id assequutus es, ut solis motum et cursum, reliquorum siderum potestates, totius mundi et partium eius inter se connexarum concentum, dispositionem, proportionem, magis quam alius quisquam intelligeres. Quae tu docendo cum enarres et plurimis discipulis tradas, singulis pro suo captu accipientibus, non sines philosophiam, cuius rei possessio homini pulcherrima est, penitus ex hominibus sublatam obscurari: sed libris maiori perspicuitate compositis quorundam obscure dicta reformabis, interpretationibusque et praeceptis auditores ita erudies, ut eam scientiam posteritati florentem transmissurus sis. Ac nonnulli quidem oratores, cum ingenio minus valerent, dicendo longe praestiterunt. Alii contra intelligendi facultate pollentes rudi et incomposito sermone usi sunt. Quosdam videas, etiam quod ad grammaticam artem attinet, nihil ab illis differre, qui minime loqui sciunt, ut iis magis expediat silere, quam turpi ignorantiae crimine argui. Tu doctrina et ingenio eos qui his rebus instructissimi fuerunt, facundia et verborum delectu eos qui in hac parte excelluerunt aemulatus es. Itaque tuam eloquentiam ex ipsis quasi hortis Atticis prodeuntem in nos invadere sentimus, quoties libros tuos in manus sumimus: ac sermonum tuorum illecebris velut machinis quibusdam capti omnes expugnantur, propterea quod efflorescens ex iis lepos et verborum apparatus speciosissimus auditorem alliciunt. Neque vero multa te eruditio prohibuit, ne orationes quam optime elaborares, nec sermonem tuum ulla labe corrupit, eiusve expolitioni obfuit.

1) Gregoras *Philosophus* per antonomasiam dictus.

Sed summo labore, et per exercitationes plurimas, omnis generis omnis notae eruditionem collectam in thesauris memoriae et ingenii reposuisti; atque eius velut promus condus existis; quaenam meliora sint, ex usu aestimas [1]), et ex omnigena doctrina facile ac velut ex parato optima quaeque decerpis, et studiosis subinde contribuis. Quinetiam effecisti, ut et philosophi elingues, et oratores minime philosophi esse viderentur. Hoc ipso enim, quod philosophiae rhetoricam miscueris, et ex ambabus tot libros conflaveris, in quibus observare est coniunctas utriusque virtutes, nonne palam existit id quod dico? Equidem sic de orationibus tuis sentio et pronuncio. Atqui haec strictim et velut obiter a me dicta sunt. Oportebat autem in tuarum laudum curriculum descendentem cavere omnino, ut tua tibi dignitas salva constaret, et quantum ipse facundiae robur in orationibus tuis exprompsisses, tanto etiam ad eas verbis praedicandas instructum accedere decebat. Tu nos, ut praesens, ita et absens delectas. Bonum enim, cum esset in manibus, eo quo par erat sensu percipiebamus. At quod urbium princeps, eademque patria nostra, tantum sibi honorem ambitiose vindicet, id quidem me summa voluptate afficit: ac quanquam locorum intervallo disiungamur, nihilo tamen minus te diligimus quam si praesentes adessemus; et quia coram non licet, ideo cogitationis motu tecum versamur. Caeterum indolem tuam in orationibus tuis expressam cernimus. Memoria autem consuetudinis tuae, et eorum qui discendi causa quotidie ad te ventitant, animum subeunte, Academiae et Lycei imaginem nobis effingimus. Ac tibi quidem, quod praeclara ista obtigerint, gratulamur; nos vero ipsos, quod te haec aetas tulerit et vitae tuae tempus in hoc nostrum saeculum inciderit, felices praedicamus. Eius tibi quam longissimum spatium utinam prorogetur, ut earum rerum, quae in te eximiae sunt, homines quam plurimi participes fiant.

## IV. *Philotheus patriarcha, Antirrhet. XII* [2]).

*Γρηγορᾶς δ' οὑτοσὶν, ἐκ βαρβάρων παρὰ τὴν τῶν πόλεων βασιλίδα ταυτηνὶ καὶ τὴν μεγάλην ἐλθὼν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ μητέρα (τῆς γὰρ Παφλαγόνων ὥρμητο γῆς) καὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας ἐνταῦθα καὶ μούσης Ἑλληνικῆς μετασχὼν, ὡς καὶ μετεώρων ἀσκῆσαί τινα δόξαι καὶ ὀνόματος εὐμοιρῆσαί τινος, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν πράγματος ὑψηλοτέρου καὶ μείζονος, τὸ μὲν βάρβαρον ἦθος ἀμηγέπη καὶ τὴν φωνὴν ἀποβαλεῖν ἔσχε· τῶν δὲ τρόπων τε καὶ τῆς γνώμης τὸ βάρβαρον οὐ μόνον οὐκ ἔσχεν ἀποβαλεῖν, ἀλλὰ καὶ προσεξειργάσατο καὶ προσέθηκεν ἐκ πάνυ τοι πολλοῦ τοῦ περιόντος, τῶν ὁμοφύλων χείρων τὰ τοιαῦτα φανεὶς, ὡς μηδὲ παραβάλλειν ἐξεῖναι. μᾶλλον δ' ἐκεῖνοι μὲν, εἰ καὶ βάρβα-*

1) *Vel* meliora usu probas. 2) Ex cod. Reg. 1996. fol. 283.

ροι τὴν γλῶτταν ἄλλως καὶ τὸ ἦθος ὄντες τυγχάνουσι, τῆς ἀγωγῆς τε καὶ τῶν πατρίων οὕτω ταυτὶ χορηγούντων, ἀλλὰ καὶ τρόπων εἰσὶ χρηστῶν καὶ καλοκἀγαθίας καὶ ἀρετῆς φροντισταὶ, καθόσον οἷόν τε· εὐσεβείας τε πρὸ τῶν ἄλλων καὶ τῶν ἀποστολικῶν τε καὶ πατρικῶν δογμάτων σπουδασταί τε καὶ φύλακες, ὡς καὶ αὐτῆς ὑπὲρ τούτων μετὰ πλείστης γε τῆς φιλοτιμίας ἐν τῷ τοῦ καιροῦ παρασχόντι, πῶς ἂν εἴποις ἡδέως, ἀφίστασθαι τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ καὶ κατεξανέστη τῆς καὶ θρεψαμένης καὶ παιδαγωγησάσης καὶ λόγων καὶ ὀνόματος μεταδούσης, ὡς μὴ ὤφελεν, ἐκκλησίας· καὶ τὰ δεινότατα καὶ ἀπευκτότατα καὶ πόῤῥω παντὸς παραδείγματος ἀκολάστῳ καὶ τολμηρᾷ γλώττῃ κατὰ τῆς Χριστοῦ νύμφης ὑβρίζει, καὶ Βαρλαὰμ κατ' αὐτό φημι τοῦτο τὸν μυσταγωγὸν τῶν τοιούτων παρενεγκών.

Gregoras vero iste, in hanc urbium principem, et ad magnam Christianarum ecclesiarum matrem, ex barbaris cum advenisset (Paphlagonia quippe oriundus), postquam educatione, disciplina, et politioribus Graecorum litteris in hac civitate sic institutus est, ut in altioribus scientiis nonnihil versatus et aliquod nomen lucratus esse videretur, immo illustrius ac maius quam quod re ipsa meruerat; ritum quidem et sermonem barbarum quodammodo exuit; morum autem et animi barbariem non modo non amisit, sed ut maior esset operam dedit, et plenissima de suo accessione cumulavit, popularibus suis adeo ille peior hac in parte, ut cum eo ne conferri quidem possint. Enimvero hi, quamquam lingua et ritu barbari, id quod ab educatione et ab institutis patriis habent, tamen moribus probi sunt, honestatemque et virtutem, quantum in se est, colunt. Iidem veram religionem Apostolorumque et Patrum dogmata studiose prae caeteris amplectuntur et custodiunt, animam ipsam pro iis, si tempus ferat, summa contentione et maximo cum gaudio effundere parati. Iste contra in eam ecclesiam insurrexit, quae et aluerat et praeceptis formaverat; quae eloquium et nomen (utinam ne ita res esset!) impertita fuerat; atque in Christi sponsam atrocissimas, horrendas et ab exemplo omni remotissimas contumelias iecit, Barlaamum ipsum, hac in re videlicet, horum [magistrum et] antistitem praetergressus.

## V. *Τοῦ Ἀκινδύνου, ἐκ Θεσσαλονίκης πρὸς τὸν Γρηγορᾶν* [1]).

*Βαλσαμὼν ὁ γενναῖος, φίλος ὢν ἐμοὶ καὶ φίλους πάντας ὑπερβαλόμενος τὰ πρὸς ἐμὲ, ἀντ' ἄλλης τινὸς λαμπρᾶς καὶ μεγάλης εὐεργεσίας (ᾔδει γάρ με σοῦ τε καὶ τῶν σῶν συγγραμμάτων σφόδρα περικαόμενον) φέρων ἐνεχείρισέ μοι τὴν σὴν ἐπιστολὴν, τὴν περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκουσαν· ἀρκείτω δὲ τοῦτ' ἀντὶ παντὸς ἐπαίνου τοῖς γράμμασι· μᾶλλον δὲ εἰς ὅσον ἂν ἡμεῖς ἰδεῖν τε καὶ εἰπεῖν ἐξικόμεθα, μὴ ὅσον ἐκείνῃ προσῆκεν,*

1) Descripta ex cod. Vat. 1086. manu Clar. V. D. *Belmanni* Sueci.

εὐμενῶς ἐκείνη τε δεχέσθω, καὶ ὁ πατήρ· ἐγὼ δὲ παραλαβὼν καὶ διεξιὼν τό,τε βάθος τῆς διανοίας τό,τε τῆς ἑρμηνείας Ἑλληνικὸν καὶ τὸ τῶν λέξεων ἀνθηρὸν ἐξ Ἀττικοῦ τοῦ λειμῶνος καὶ ποικιλίαν ἐνθυμημάτων ἐκ τῶν Πλάτωνος θησαυρῶν (εἰ μὴ παντάπασιν ἄπιστος ἐγὼ τὰ τοιαῦτα) καὶ πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν μεθ' ὥρας κατασκευὴν αὐτῆς (οὐχ ὅσον μὲν εἰκὸς ἦν, οὐδ' ἐγγὺς, ὅπερ εἶπον) θαυμάσας δ' οὖν εἰς δύναμιν τὴν ἐμαυτοῦ, τοῖς σφόδρα ζητοῦσι (πολλοὶ δὲ οὗτοι) δέδωκα. καὶ ἦλθε διὰ πάντων τὸ θαῦμα· καὶ πολλαχοῦ σοι θέατρα καθειστήκει διὰ κρότου καὶ πηδημάτων, ἄλλων ἄλλα θαυμαζόντων· μᾶλλον δὲ πάντα πάντων, ὅση γε δύναμις ἑκάστῳ. ἀλλ' οὕτω μὲν τῇ ἡδονῇ τοὺς ἀνθρώπους τῶν γραμμάτων ἐξήρτησας. ἃ δὲ ὠφέληκας τῇ διδαχῇ, τούς τε τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην σοι μετιόντας, τούς τε μή· τοὺς μὲν, ἃ μηδαμῶς ᾔδεσαν, μεμαθηκότας· τοὺς δ', ἃ σφαλερῶς, ἐπανωρθωμένους, καὶ τἀκριβὲς [1]) ἐγνωκότας· τούτων τίς οὐχ ὁμολογεῖ σοι χάριτας μείζους [2]) ἥπερ ἔχων τυγχάνει; ἐκείνην ἐγὼ τὴν ἐπιστολὴν ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς τοῦ Θηβαίου ποιητοῦ συντεθῆναι, μὴ μάτην (οἶμαι) νενόμικα· ἐκείνην τῆς παρὰ Πλάτωνι κατ' οὐρανὸν Ἀφροδίτης ὑπείληφα γέμουσαν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πόλλ' ἕτερα τῆς σῆς γενναίας καὶ γνώμης καὶ γλώττης δημιουργήματα παρ' ἐμοί|σοι συνῆκται, καὶ διὰ θαύματος ἄγεται· εἴπερ ἃ πέπομφας Ἰωσὴφ ἐκείνῳ τῷ μακαρίτῃ καὶ σοφωτάτῳ, διὰ τοῦ θεσπεσίου καὶ σοφοῦ Παλαμᾶ, διὰ μνήμης ἔχεις· πρὸ γὰρ δυοῖν ἐτοῖν τοῦτό γε· ὃς ἐπειδὴ τὸν φιλόσοφον εὗρε παρὰ τὸν ἐκ μάλα πολλοῦ πεποθημένον οἰχόμενον (ᾔδει δὲ ἄρα καὶ οὗτος δεινὸν ἐμὲ τῶν σῶν ἐραστὴν, καὶ ὡς εἰ κομιεῖ τὸ βιβλίον, τὰ μέγιστά μοι χαρισάμενος ἔσται) φέρων ἐγκεχείρικε, φιλοτιμότατα προσειπών· δέξαι λόγους, ὧν ἦρας. ἀνθ' ὧν παρ' ἡμῶν οὐ μικράς τινας κεκόμισται χάριτας, ἀλλ' οἵας οὐ μέμψασθαι. ἐκ τοσούτου σφοδροὺς ἐραστὰς εἶχες ἡμᾶς, ὦ μέγα κῦδος Ἀχαιοῖσι, λέγω δὲ τοῖς Ἕλλησιν· εἰ μὴ μᾶλλον τοὐναντίον πολλοὺς τῶν ἐν λόγοις τὸν βίον κατατριψάντων αἰσχύνει τὰ σὰ τῇ ὑπερβολῇ καὶ λυπεῖ· ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς [3]) γε, εἰ καὶ μηδὲν τὸ ἡμέτερον πρὸς τὸ σὸν πέλαγος τῆς σοφίας, ὦ βέλτιστε. μάλιστα μὲν οὖν καὶ συγχαίρομεν, καὶ ψήφους ἥδιστά σοι τῆς κατὰ πάντων νίκης ἐκφέρομεν. εἴ σοι τοίνυν καὶ αὐτῷ τῶν δικαίων τι δόξειε (δόξει δ' οἶμαι, μὴ τὸν οὕτω τῶν σῶν ἐραστὴν μόνον εἶναι τῶν Ἀργείων ἀγέραστον· μηδὲ μόνοις τοῖς πρὸς τοὺς ἄλλους σου γράμμασιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐντρυφᾶν) ἐπιστελεῖς καὶ ἡμῖν., καὶ δείξεις, ὡς οὐ μάτην ἐρῶμεν. εἰ δὲ μήπω τεθεαμένος τὴν σὴν χρυσῆν κεφαλὴν, μήδ' ἄλλως ἄγαν ἐγνωσμένος σοι γράφω, μὴ τοῦτο θρασύτητος ἀλλ' ἔρωτος οἴου. εἰ δὲ ψυχὴ σώματος τιμιωτέρα, τῷ βελτίονι δήπου σύνεσμεν, εἰ ψυχῆς ἂν [4]) ἔγγονα τὰ συγγράμματα.

1) An ἐς τἀκριβές? 2) Leg. μείους. 3) Leg. ἡμᾶς. 4) Fort. ἦν.

### *Acindynus Gregorae. Epistola Thessalonicae data.*

Balsamon, vir egregius, cum et amicus meus sit et mei studio amicos omnes vincat, tuas mihi litteras (sciebat enim me et tui et scriptorum tuorum amore vehementer inflammatum), tuas inquam litteras mihi obtulit, insignis et magni cuiuslibet beneficii loco habendas; illas videlicet, quae caelestia ignaris pandunt. Una haec laus iis pro alio omni elogio sufficiat: immo et epistola et epistolae pater istam laudem boni consulant, si minus parem rei dignitati, at pro captu nostro, quatenus nempe et perspicere et eloqui possumus, satis magnificam. Ego vero litteras ab illo acceptas cum perlegissem, sensum reconditum, Graecae linguae proprietatem, dictionum ex horto quasi Attico decerptarum floridam elegantiam, argumentorum varietatem, ex Platonis (si qua nobis fides in his rebus) penu depromptam, totam denique, ut verbo dicam, compositionem venustam et concinnam admiratus sum: quamquam ea, quae dixi, veris minora et longe infra rem fuerunt. Attamen eas litteras pro virili admiratus eis tradidi, qui magnopere expetebant. Erant porro plurimi, ac per omnes admiratio pervasit. Tum passim tibi theatra plaudere, passim omnes prae gaudio exsilire, aliis alia suspicientibus, immo omnia omnibus, pro sua singulis facultate. Ita tu quidem homines suspensos litterarum suavitate tenuisti. Quod autem eruditione tua aeque omnibus profueris, tum iis qui eandem ipsi quoque disciplinam excoluissent, tum iis qui rudes essent; his quidem eas res, quas nunquam audierant, edoctis; illis vero earum, quas perperam didicerant, recta et accurata cognitione instructis: quis non tibi eo nomine gratias [maximas] 1) agit, at minores tamen quam quas re ipsa habet? Equidem mihi videor haud temere iudicasse, illam epistolam grata lyricorum modulorum varietate a Thebano vate elaboratam, et Veneris, eius nimirum quae a Platone caelestis dicitur, plenam credidisse. Atqui multa tua apud me collecta excellentis ingenii et facundiae monumenta alia admirationem habent: quae tu, si meministi, beato illi viro et doctissimo philosopho 2) Iosepho divini sapientisque Palamae 3) interventu ante hoc biennium misisti. Hic 4)

1) Si legas *μείζους*, vertendum erit, *gratias agit maiores, quam re ipsa habeat*, quod absurdum est. 2) Extat inter Gregorae opuscula cod. Vatic. 1086. fol. 75. *πρὸς τὸν σεβασμιώτατον Ἰωσὴφ περὶ τοῦ πάσχα ἀπόδειξις, ὅπως ἐσφάλη πρὸ χρόνων, καὶ ὅπως δεῖ ποιεῖσθαι τὴν τούτου διόρθωσιν*, parum diversa ab eiusdem argumenti disputatione, quae edita est Hist. Byz. lib. VIII. cap. 13. 3) Acindynus, cum hanc epistolam scripsit, amicus Palamae erat. At postea cum illo capitale odium ipse et Gregoras exercuerunt. Non est itaque ut credamus, Acindynum ideo in hac epistola blanditum esse Gregorae, quod is secum adversus Palamam conspiraret. Vide cod. Reg. 2409. fol. 188. ubi Palamas magistrum se Acindyni fuisse gloriatur. 4) Palamas.

autem, ubi philosophum [1]) ad illum cuius iampridem desiderio arsisset migravisse comperit, cum et ipse [2]) sciret tuorum operum fervidum me amatorem, ac se, si librum afferret, maximam a me gratiam initurum, illum ipsum librum allatum mihi tradidit, et verbis perquam honorificis alloquutus, accipe (inquit) quas amabas orationes. Pro quo munere gratias ei persolvimus nec parvas, nec quarum illum poeniteret. Ex illo nostri in te amoris vis magna extitit, *o ingens gloria Achivûm*. Graecorum quippe tu gloria; nisi potius eorum pudor es et dolor, eo quod illos superaveris, qui in eloquentiae studio aetatem omnem contriverunt. Nos certe ii minime sumus [quibus pudorem simul doloremque ea re afferas]. Immo vero gratulamur, ac triumphum de omnibus lubentissime uni tibi decernimus. At si id tute ipse aequum iudicaveris, iudicabis autem, ut spero, aequum esse, ne qui sic tua amet, *solus de gente Pelasga Indonatus eat* litterisque careat, quae, non solum ad alios sed ad eum etiam scriptae, ipsi sint in deliciis), ad nos quoque scripturus es, ut ne frustra amare videamur. Quod si ego, licet aureum caput tuum nondum aspexerim, nec aliunde sim valde notus, nihilominus tamen ad te scribo, id tu ne audaciae sed amoris esse ducas. Caeterum quoniam animus corpori praestat, meliore utique nostri parte tecum sumus; siquidem foetus mentis est id quod scribitur.

## VI. *Philotheus iterum* [3]).

*Ὁ Γρηγορᾶς Νικηφόρος καὶ πάλαι μὲν ἦν προσκείμενος ταῖς τοῦ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου κακαῖς δόξαις. διὸ καὶ ἐπηρεάζων ἦν τῇ ὀρθοδόξῳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, εἰ καὶ λάθρα τέως καὶ πρὸς ὀλίγους ἐποίει τοῦτο, τοὺς προσιόντας αὐτῷ· καὶ πρὸς τοῦ ὀρθοῦ λόγου προστάτας κακῶς πάνυ διέκειτο. τῆς δὲ τελευταίας συγκροτηθείσης ἐκείνης συνόδου, ἧς προεκάθητο ὅ,τε εὐσεβέστατος καὶ φιλόχριστος βασιλεὺς κῦρος Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς καὶ ὁ πατριάρχης ἐκεῖνος κῦρος Κάλλιστος, ἐπεὶ καὶ Γρηγορᾶς, εἰς τὴν ἱερὰν ἐκείνην σύνοδον παρελθὼν, ἐξηλέγχθη σὺν τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ τὰ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου νοσῶν, εἴς τε τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τὴν φυσικὴν τῆς τριάδος ἐνέργειαν καὶ χάριν καὶ ἔλλαμψιν κάκιστα βλασφημῶν, καὶ οὐ μόνον τοῖς ἀρχαίοις αἱρετικοῖς σχεδὸν πᾶσι, ἀλλὰ δὴ καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς συμπεριφερόμενος πλάναις καὶ δόξαις· δι' ἃ δή που παρὰ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συνόδου αὐτός τε καὶ οἱ ὁμόφρονες αὐτοῦ, μὴ μεταμεληθέντες, τοῦ πληρώματος τῶν ὀρθοδόξων καλῶς ἀπετμήθησαν καὶ τῷ ἀναθέματι παρεδόθησαν κατὰ τὰ πατρικὰ καὶ συνοδικὰ θεσμά· καὶ τόμου προβάντος τὸ τηνικαῦτα συνοδικοῦ, ὃν δὴ καὶ βασιλεὺς καὶ πατριάρχης ἐκεῖνος καὶ ἡ τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων*

1) Iosephum. 2) Non minus scilicet quam Balsamon, de quo supra.
3) Cod. Reg. 1996. fol. 1.

ἱερὰ σύνοδος ὑπέγραψαν ὁμοῦ· ὁ Γρηγορᾶς τὴν ἧτταν καὶ τὴν αἰσχύνην μὴ φέρων, ἅμα δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ κινηθεὶς, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις φησὶ, κατὰ τῆς συνόδου καὶ τοῦ ἱεροῦ τόμου χωρεῖ καὶ πειρᾶται λόγοις ἀντιῤῥητικοῖς, ὡς ἐκεῖνος ὑπέλαβεν, ἀνατρέπειν ἐκεῖνα. συγγράφεται τοίνυν λόγους ἢ διαλόγους δέκα, οὓς κατέχων ἦν παρ' ἑαυτῷ, καὶ τοῖς ὁμόφροσιν ἑαυτοῦ μόνοις κατ' οἶκον ἐπιδεικνύμενος, etc.

Nicephorus Gregoras Barlaami et Acindyni opinionibus perversis iam olim adhaerescebat, atque idcirco orthodoxam Dei ecclesiam obtrectabat, licet clanculum et apud paucos ad se adeuntes id faceret; denique erga sanioris doctrinae defensores male omnino erat affectus. Demum coacta novissima illa synodo, cui praesidebant religiosissimus et amans Christi Imperator Dom. Ioannes Cantacuzenus et is qui tum patriarcha erat Dom. Callistus, tum vero Gregoras et alii cum eo sentientes, in illam sacram synodum ingressi, convicti sunt errorum Barlaami et Acindyni: nempe in divinitatem unigeniti Filii Dei, et in naturalem Trinitatis operationem gratiamque et splendorem pessime blasphemantes, ac non modo veterum fere omnium haereticorum, sed et gentilium erroribus opinionibusque temere abrepti et velut circumacti. Quamobrem sacra synodus ipsum et socios, haud poenitentes, ab universo Orthodoxorum coetu iure ac merito abscissos anathema esse iussit, prout Patrum Conciliorumque decretis cautum esset. Tunc et synodicus Tomus prodiit, cui et Imperator, et ille quem dixi patriarcha, et sanctissimorum pontificum sacra synodus, una omnes subscripserunt. At Gregoras hanc de se victoriam et dedecus non ferens, sociis praeterea instigantibus, ut ipse in libris ait, synodum simul et sacrum Tomum aggreditur, et orationibus (ut ipsi videbatur) antirrheticis conatur evertere. Conscribit itaque orationes seu dialogos decem, quos apud se servabat, domique iis solum qui secum consentirent ostendebat.

## VII. *Acindynus iterum.*

*Σὺ σίμβλον ἡδὺ, καὶ λόγου μέλι βρύεις,*
*Ἄνθη συνάξας,* etc. ut supra in Vita.

Adde,

*Οἴει με πῶς γοῦν καὶ κινεῖσθαι καὶ πνέειν,*
*Καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῆς ψυχῆς διευθύνειν,*
*Καὶ τῆς ἀνάγκης τὰς στροφὰς ἀποπλέκειν,*
*Σοῦ μὴ λαλούσης τῆς πνοῆς μου τῶν λόγων;*
*Νὴ τοὺς λόγους, ἄψυχον ἄντικρυς βρέτας*
*Εἰμὶ Βυζαντίδι κακῶς πεπηγμένον,*
*Κἀν τοῖς θεάτροις ἀκλεῶς ἀνηρμένον.*
*Ἂν γοῦν ἀνοίξῃς πνευμάτων σου τοὺς τόνους,*
*Καὶ πνεῦμα πνεύσῃς ζωτικῶν ἐξ ὀργάνων,*

*Τοῦ Θεσβίτου πως ἐμφανίσεις τὴν χαριν,*
*Καὶ ζῶντα δείξεις ὡς ἐκεῖνος τὸ βρέφος,*
*Καὶ προσλαλοῦντα φιλικοῖς προσρήμασι,*
*Καὶ μακαρίαν ἀναδείξεις τὴν πόλιν,*
*Ἣν δυστυχῶν ἔγωγε δυστυχῆ κρίνω.*

*Quomodo igitur putas me et moveri et spirare,*
*Et meatus animae dirigere,*
*Et necessitatis nodos expedire,*
*Te non loquente, qui spiritus es meorum sermonum?*
*Per eloquentiam [iuro], inanimatum plane simulacrum*
*Sto Byzantino in solo male fixum,*
*Et in theatris indecore erectum.*
*Quod si aperueris pulmonum tuorum arterias,*
*Et spiritum inspiraveris vitalibus ex organis,*
*Thesbitae* 1) *virtutem quodammodo repraesentabis,*
*Infantemque, ut ille, exhibebis viventem*
*Et alloquentem amicis alloquiis,*
*Ac beatam reddes Urbem,*
*Quam ego, cum sim infelix, infelicem iudico.*

Idem.

*Οὕτω με τοῖς σοῖς ἐξανηρτήσω λόγοις*
*Καὶ τοῖς καλοῖς ἀγῶσι*, etc. ut supra in Vita.

Adde,

*Ὁρῶ σε, Χριστὲ, νῦν ἀκραιφνεῖ λαμπάδι*
*Ποιούμενον πρόνοιαν, οὐδ' ἀπωσμένον*
*Τὴν σὴν ταπεινὴν παντελῶς κληρουχίαν.*
*Ἡ λαμπὰς οὗτός ἐστιν ἡ φέγγουσά μοι·*
*Ἡμεῖς ὁ κλῆρος, οὓς ἐπελπίζεις, λόγε.*
*Φύλαττε λοιπὸν, σωστικὴ θεαρχία,*
*Τὸν ἐς κράτος λάμψαντα τῆς ἐκκλησίας*
*Θησαυρὸν αὐτὸν παμφαῶν ἀγαλμάτων.*

*Video te, Christe, pura nunc lampade* 2)
*Curae habere nec repudiare*
*Humilem tuam prorsus hereditatem.*
*Iste lampas est, quae mihi lucet;*
*Nos hereditas, quos sperare iubes, o Verbum.*
*Conserva demum, salutifera Dei potestas,*
*Eum, qui ad gloriam ecclesiae illuxit,*
*Thesaurum ipsum splendidissimorum ornamentorum.*

## VIII. *Gregorius Palamas, in epistola ad Nomophylacem* 3).

*Οὐκ ἄλογον ὄντως πέπονθε πάθος, ᾧ βίος ὁ λόγος· οὗτος οὗ τὰ κατηλογημένα βιβλία πέπομφας ἡμῖν ἔναγχος· καὶ, ἵν'*

1) Eliae. 2) Supple, *mihi praelucente.* 3) Cod. Reg. 2409. fol. 259.

εἴπω τὸ τῆς γραφῆς, οὐκ ἐμωράνθη φάσκων εἶναι σοφός; . . . . Εἰ δ' ἄρα φησὶν οὗτος ὁ ἀμαθῶς οὕτω καὶ σκαιῶς συγγραφόμενος σοφὸς, ὡς ἑτέραν κρύπτει διάνοιαν αὐτοῦ τὰ ῥήματα, γνώτω μὴ τοῦ κρύπτειν ἕνεκεν, ἀλλὰ τοῦ ἐκφαίνειν τὴν τοῦ λέγοντος διάνοιαν, λεγόμενά τε καὶ γραφόμενα τὰ ῥήματα. διὸ κατὰ τὴν ὑγιᾶ δήπουθεν ἀντιστροφὴν, ἄσοφον τὸ ἀσαφὲς, ὥσπερ τὸ σοφὸν σαφές. . . . Ὁ καθ' ἑαυτοῦ μεμηνὼς οὗτος ὁ λογογράφος, καὶ αὐτοκατάκριτος λογοποιὸς, καὶ τἀναντιώτατα πρὸς ἄλληλα καθ' ἑαυτοῦ τε καὶ ἡμῶν λογογραφεῖν οὐκ ὤκνησε . . . . Ὁ παρ' ἑαυτῷ σοφὸς οὗτος, ἀλλ' ἀδιάβατον ἔχων ἐπὶ τὰ κρείττω τὸ τῆς ψυχῆς λογιζόμενον, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, πολλαῖς μὲν καὶ δειναῖς βλασφημίαις περιπίπτει προϊὼν, πολλαῖς δὲ κατεφθαρμέναις ἄλλως διανοίαις, καὶ ἀνακολούθως ἐχούσαις πρὸς ἀλλήλας . . . . .

Nonne prorsus ratione excidit hic, cuius omnis vita in rationis excolendae studio posita est; hic, cuius nobis libros futiles et absurdos nuper misisti; atque, ut Scripturae verbis utar, *nonne stultus factus est, dicens se esse sapientem?* . . . Quod si hic sapiens, qui tam indocte et imperite scribit, alium sensum subesse verbis suis occultum dicit; meminerit, non ad occultandam sed ad declarandam mentem eius qui loquitur et pronunciari verba et scribi. Quamobrem recte utique et alienum a sapientia esse dicitur id quod est obscurum, et vicissim sapientiae consentaneum esse id quod est clarum et dilucidum. . . . Hic in se ipsum furens sermonum scriptor et suomet iudicio damnatus fabulator non dubitavit in se pariter et in nos ea scribere, quae secum maxime pugnarent. . . . Hic sibi ipsi sapiens, sed qui mentem et cogitationem ad meliora transferre haud quaquam potest; *quo* [1]) *non vidit, ambulans; frustra inflatus sensu carnis suae;* in plurimas deinde et graves blasphemias impingit, atque in multas sententias incidit, cum alioqui vitiosas, tum ex se invicem minime consequentes [2]).

1) *Quae* vulg. 2) Haec convitia in Gregoram, non autem in Acindynum, iacta esse, apparet ex his verbis, quibus epistola clauditur: *οὐκ ἄκομψον, εἰ καὶ καταγέλαστον, ὅτι τὸ πλεῖστον αὐτῷ τῶν γεγραμμένων τὴν τοῦ Ἀκινδύνου δόξαν καθαιρεῖ, ἄκοντος τοῦ γράφοντος καὶ ἀγνοοῦντος. Non illepidum hoc, tametsi ridiculum est, quod quae scripsit, eorum maxima pars Acindyni opinionem convellit, invito eo qui scribit et insciente.* Item ex his, in quibus ad nomen Gregorae evidenter alludit, et eius patriam notat, quae erat Paphlagonia: *ἡ τῶν ἐπὶ τούτῳ συγκεκροτημένων ἐφ' ἡμῶν δυεῖν μεγίστων συνόδων ψῆφος οὐ μὲν οὖν οὐδένα τῶν ἐγρηγορότων λέληθε, μάλιστα Ῥωμαῖον ὄντα καὶ πολίτην ἡμέτερον. Nemo est, quem duorum super ea re maximorum Conciliorum, nostra aetate habitorum, decisio latuerit; nemo inquam experrectus, praesertim si Romanus et civis noster sit.*

## IX. *Demetrius Cydonius, in epistola ad patriarcham Philotheum* [1]).

*Τί τοίνυν ἀπειλεῖς; ἵνα τὰς ἑταίρας συναγαγὼν τοὺς ἐμοὺς καταφλέξῃς λόγους, ὥσπερ ἄλλου τινὸς, ἀρετῇ μὲν καὶ σοφίᾳ συζήσαντος, τοῖς δὲ σοῖς ἐλέγχοις λαμπρότερον αὐτῷ τὸν βίον κατασκευάσαντος; οὗ πρὸς τοὺς λόγους ἀντιβλέψαι μὴ δυνηθεὶς ἐπὶ τὸ πῦρ εἶδες καὶ τὰς ψήφους τῶν γυναικῶν.*

Quid minare igitur? An te orationes meas, collecta amicarum turba, combusturum, ut alterius [2]) cuiusdam, qui quamdiu vixit virtutem et sapientiam coluit, te ipso autem confutato vitam suam fecit illustriorem? in cuius adversos libros intueri cum haud posses, ad ignem statim et ad suffragia mulierum respexisti.

## X. *Cantacuzenus, initio Antirrheticorum de lumine Thaborio adversus Prochorum* [3]).

*Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ἀνίσταται ὁ φιλόσοφος Γρηγορᾶς Νικηφόρος, ἐπεκδικῶν τά τε Ἀκινδύνου καὶ Βαρλαάμ. καίτοι γε τὸν φιλόσοφον, ὡς φιλόσοφον, πείθεσθαι ἔδει τῇ ἀληθείᾳ καὶ ἠρεμεῖν. ὁ γὰρ φιλοσοφίας ὅρος τοιοῦτός ἐστιν, ὥστε τὸν ταύτην ἀσπασάμενον ἄπλαστον εἶναι προσήκειν καὶ συνετόν· ὥσπερ τοὐναντίον ἀναίσχυντον πάντῃ καὶ ἰταμὸν, τὸν πονηρίᾳ συζῶντα καὶ βασκανίᾳ. ὁ γάρ τοι τοιοῦτος, κἂν μυριάκις ἐπιστομηθῇ, τοσαυτάκις ἀνθίσταται πάλιν. ὁ δὲ τὴν φίλην ἀλήθειαν ἀποθέμενος καὶ ἑτέρους προσλαβόμενος ἱκανοὺς κατὰ τῆς ἀληθείας ἵσταται. ἀλλ' οἱ ἐχθροὶ κυρίου ἐψεύσαντο αὐτῷ. καὶ τοίνυν καὶ αὖθις τρίτης συνόδου συγκροτηθείσης καὶ αὐτῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει παρ' ἐμοῦ, τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τοῦ μακαρίου Καλλίστου κοσμοῦντος, πάλιν γίνεται τόμος, ἐπεκδικῶν μὲν καὶ ἐπιστηρίζων τόν τε πρῶτον καὶ δεύτερον τόμον, καταδικάζων δὲ τὸν Γρηγορᾶν σύν τε τῷ Ἀκινδύνῳ καὶ Βαρλαάμ. ὁ δὲ τὴν τοιαύτην ἐνεχθεῖσαν ψῆφον μὴ ἐνεγκὼν κατὰ τοῦ τόμου χωρεῖ· καὶ οὔτ' ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, οὔτ' ἀπὸ τῆς διδασκαλίας τῶν θείων πατέρων καὶ θεολόγων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοιλίας αὐτοῦ βλάσφημα ἐρεύγεται ῥήματα. ἔνθεν τοι καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Φιλοθέῳ βιβλίον ἐξεπονήθη κατὰ πάντων αὐτῶν, τῷ Σοδομιτικῷ πυρὶ ἐοικὸς, τῷ τεφροῦντι γλώσσας βλασφήμους καὶ ἀσεβεῖς.*

*Οὐκ οἶσθα* [4]) *ὡς πρῶτος καὶ κορυφαῖος καὶ πάντων ὑμῶν ἔξαρχος Βαρλαὰμ, προστάτης τῆς ἀθέου ταύτης αἱρέσεως χρηματίσας διαπυρότατος, συνοδικῶς ἀπηλέγχθη, καὶ πάσαις ψήφοις τὴν ἧτταν ἠνέγκατο· καὶ τόμος ἐξετέθη συνοδικός τε καὶ πατριαρχικὸς, κηρύττων τὴν ἐκείνου κακοδοξίαν; ὁ δὲ μετ' αὐτὸν τὰ ἐκείνου ἀναλαβὼν Ἀκίνδυνος; οὐ καὶ αὐτὸς ταὐτὰ δὴ ταῦτα τῷ Βαρλαὰμ*

1) Ex cod. Reg. 3118. fol. 28. 2) Scil. Gregorae. 3) Ex cod. Reg. 1999. fol. 24. 4) Ex eodem cod. fol. 49.

*πέπονθε, συναπελεγχθέντος αὐτοῖς καὶ τοῦ πατριάρχου Καλέκα; τὸν δέ γε φιλόσοφον Γρηγορᾶν, ἔτι τε τὸν Ἐφέσου, τὸν Γάνου, τὸν Δεξιὸν, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν Ἀθανάσιον οὐκ ἠγνόηκας πάντως, ὡς καὶ τρίτη δι' αὐτοὺς συγκεκρότητο σύνοδος παρ' ἐμοῦ τε καὶ τοῦ μακαρίτου ἐκείνου πατριάρχου Καλλίστου ἔτι περιόντων [1]) τῷ βίῳ, καὶ τὴν ὁμοίαν καὶ αὐτοὶ τοῖς προλαβοῦσιν ἧτταν ὑπέστησαν; καὶ τρίτος αὖθις τόμος ἐκτέθειται, ὑπογραψάντων ἐν τούτῳ ἐμοῦ τε καὶ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου τοῦ υἱοῦ μου; εἰ μὲν οὐκ ἀξιόχρεως ἐκείνους ἡγῇ, καὶ βραδεῖς μὲν νοῆσαι, εἰπεῖν δ' ἀσθενεῖς ταῦθ' ἃ σὺ προφέρεις νυνὶ, οὐδ' οὕτως καλῶς σε διατείνεσθαι φαῖμεν ἄν· πλὴν ἀλλὰ συγγνοίημεν ὁπωσοῦν. εἰ δὲ πᾶς τις, ὃς τὰ ὑμέτερα οἶδε, πολλῷ τῷ μέσῳ μείζους ἐκείνους εἶναι κατά γε τοῦτο, δηλονότι τὸ ὑπὲρ τούτων ἀντιλέγειν, ἐρεῖ· δῆλον, ὡς τῶν ἰσχυροτέρων καταβληθέντων γελοία πάντως ἡ παρὰ τῶν ἡττόνων περὶ τῶν αὐτῶν εἰς μάχην πρόκλησις δόξει. τί σοι τοίνυν δοκεῖ;* [2])

Non multo tempore interiecto Nicephorus Gregoras Philosophus consurgit, Acindyni et Barlaami dogmata defendens: quamquam oportebat Philosophum, ut philosophum, veritati obsequi et quiescere. Ea enim philosophiae ratio et natura est, ut qui hanc amplectatur, is et sincerus et intelligens esse debeat: quemadmodum e contrario is impudens et protervus est, qui vitam in improbitate et invidia exigit. Quippe huiusmodi vir, etsi centies ore obstructo coactus sit obmutescere, toties pugnam redintegrat. Iste autem abiecto dilectae veritatis studio, aliis compluribus sociis sibi adiunctis, in veritatem insurgit. Sed *inimici Domini mentiti sunt ipsi.* Tertia itaque a me rursum congregata synodo, eaque Constantinopoli, quo tempore beatus Callistus thronum patriarchalem ornabat, alius denuo Tomus promulgatus, qui primum secundumque vindicaret et confirmaret, Gregoram autem simul cum Acindyno et Barlaamo condemnaret. At ille sententiam hanc in se latam non ferens in Tomum invehitur, ac neque ex sacra Scriptura, neque ex sanctorum Patrum theologorumque doctrina, sed ex suo ipsius ventre depromptas blasphemias eructat. Unde et sanctissimus patriarcha Philotheus librum lucubravit similem igni Sodomitico, linguas blasphemas et irreligiosas in cinerem vertenti.

An tu istud ignoras, primum et principem et omnium vestrum ducem Barlaamum, qui impiae huiusce haereseos acerrimus defensor audiit, refutatum in Concilio, et communi omnium suffragio victum ac profligatum fuisse; Tomo deinde synodico eodemque patriarchali edito, perversas eius opiniones publice damnatas? Nonne et is qui illius dogmata postea excepit, Acindynus, haec eadem quae Barlaamus passus ipse quoque est, patriarcha

1) Leg. *περιόντος*. 2) Adde his capp. 23. 24. et 25. Libri IV. Historiae Cantacuzenicae.

etiam Caleca simul cum illis refutato? Iam vero nec philosophum Gregoram, nec Ephesi metropolitam, nec Gani, nec Dexium, nec Athanasium plane ignoras; nec te fugit, tertiam eorum causa coactam esse synodum mea et beati illius patriarchae Callisti adhuc superstitis auctoritate, atque hos, iis qui praecesserant exaequatos, parem damnationem subiisse. Unde et tertius Tomus promulgatus est, cui ego et filius meus Ioannes Palaeologus Imperator subscripsimus. Hos tu si non satis idoneos, si ad ea quae nunc obiicis vel excogitanda tardiores, vel dicenda infirmiores fuisse existimas, nec sic quidem te recte contendere dixerim: veniam tamen utcunque dederimus. Quod si quisquis res vestras novit, is illos multo maiores esse fatebitur, eo praesertim quod de his contentio sit; palam est, postquam eversa sunt ea quae firmiora erant, prorsus ridiculos esse eos, qui viribus defecti adversarios provocent, et de iisdem rebus pugnam instauratum eant. Ecquid ergo tibi videtur? etc.

## XI. *Ioannes Cyparissiota, Palamicarum Transgressionum Part. I. Lib. IV. cap. III.*

*Εἰ δὲ καὶ μακρόθεν ἐπισκέπτεσθαι ταῦτα δέοι, καὶ καθέκαστον ἐπιζητεῖν, τὴν περὶ ταῦτα συγγραφεῖσαν τῷ μεγάλῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ Νικηφόρῳ διΐτω τις βίβλον· καὶ πάντ' ἀκριβῶς εἴσεται, μηδενὸς ἐν ἐκείνοις ἀποδέοντα* 1) *τῶν εἰς ἀλήθειαν καὶ κάλλος εὖ ἠσκημένων.*

Quod si ista longius repetita explorare et singula inquirere oporteat, legat quilibet librum de his rebus a magno veritatis propugnatore Nicephoro conscriptum: quem qui legerit, is omnia penitus pernoscet, cum illic nihil desideretur sive ad veritatem sive ad elegantiam pulchre accommodatum.

## XII. *Ἀνώνυμος, περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας ὁμοῦ καὶ δυσσεβείας* 2).

*Τοσαύτην δὲ κεκτημένος ἀσυνεσίαν περὶ τὴν τῶν θεοφόρων πατέρων διδασκαλίαν, καὶ οὕτω πλημμελῶς ἐκδεχόμενος αὐτὰ* 3), *ὡς καὶ πρὸς πᾶν τοὐναντίον ἀποβουκολεῖσθαι, πᾶσαν αἵρεσιν ὁ τάλας ἀπεσώρευσε* 4) *τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ τε καὶ ψυχῇ. διὸ καὶ ἀντικείμενος κατέστη τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὑπ' αὐτῆς τῶν αὐτῆς περιβόλων δικαίως ἀπηλάθη καὶ ἀπεκηρύχθη παῤῥησίᾳ καὶ τοῖς ἀναθέματι καθυποβληθεῖσιν ἐγγράφως συνετάχθη, εἰ μὴ ἄρα μεταμεληθείη καὶ τῶν πονηρῶν δογμάτων ἀποσταίη, συμφωνήσας ἡμῖν κατὰ τὴν τῆς εὐσεβείας ἀλήθειαν. ὅπερ μὲν ἡμῖν εὐχῆς ἔργον καὶ ἐλπίς. ἀπογινώσκειν γὰρ εἰς τέλος, πρὸ τοῦ πᾶσιν ὀφειλομένου τέλους, οὐδένα δεῖ. προστιθεὶς δ' ὅμως οὕτως ὁσημέραι ταῖς*

1) An *ἀποδέοντος*? 2) Ex cod. O. 1. Bibliothecae Mediolan. Ambrosianae, quem Friderico Rostgaardio communicavit L. Anton. Muratorius. 3) An *αὐτήν*? 4) *ἐπεσώρευσε*.

δυσσεβείαις, ἀπροσδόκητον αὐτοῦ σχεδὸν ἀπεργάζεται τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπάνοδον.

Cum autem is sanctorum Patrum doctrinam tam male intelligat, tam perperam accipiat, ut ad quemlibet contrarium errorem seductus divertatur, omnem haeresin infelix capiti et animae suae accumulavit. Quamobrem ecclesiae Christi adversarius extitit, et extra septa eius ab ea iuste eiectus, publico praeconio damnatus et scripto anathemate cum alienis a communione annumeratus est, nisi eum poeniteret, nisi veram nobiscum religionis doctrinam professus a pravis dogmatis absisteret: id quod nos et vovemus et speramus. Neminem quippe, ante destinatum omnibus finem, desperare oportet. Caeterum ille, quando novis quotidie accessionibus cumulat impietatem, futurae ad meliorem frugem conversionis nullam fere spem facit [1]).

## XIII. *Ioannes Cyparissiota, Palamicarum Transgressionum Part. I. Lib. IV. cap. ult.*

*Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο σῶμα τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας κήρυκος παιζόμενόν τε καὶ περιφερόμενον· καὶ τοῦτο μὲν ἐν φιλοσόφοις ὄντος, οἷος οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς θαυμασιώτερος· τοῦτο δ' ἐν ἀσκηταῖς, οἷος οὐδεὶς ἕτερος σπουδαιότερος· τοῦτο δ' ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν πειρατῶν προπηλακισμοῖς καὶ λοιδορίαις καὶ καθείρξεσιν, οἷος οὐδεὶς ἄλλος ἐν ἅπασι καρτερικώτερος· Νικηφόρου φημὶ τοῦ θαυμαστοῦ Γρηγορᾶ, καὶ μηδὲν ἕτερον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κλήσεων περὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ δηλώσαντος, ἀλλ' ἢ νίκας ἐν ἐγρηγορότι τῷ νῷ κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν ἄρασθαι.*

Ad haec spectandum corpus magni Fidei verae praeconis diu ludibrio habitum, etc. Vide supra in Vita.

## XIV. *Symeon Thessalonicensis adversus Haereses cap. XXX. sq.*

**Contra Barlaamum, Acindynum et iis similes.**

*Τοῖς ἱεροῖς δὲ τόμοις ἐντυχὼν ὁ βουλόμενος, οὓς ἡ τοῦ Χριστοῦ ὀρθόδοξος ἀνεστήλωσεν ἐκκλησία, εἴσεται ἀκριβῶς πάντα· πρότερον μὲν τῷ ἐκτεθέντι κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς ἐκείνου Βαρλαὰμ τοῦ Καλαβροῦ· δεύτερον δὲ τῷ τοῦ κινδυνεύσαντος ἐν ὁμοίοις τῷ Βαρλαὰμ πολυκινδύνου Ἀκινδύνου· τρίτῳ δέ γε κατὰ τοῦ τρίτου καὶ πολλάκις (ἐπεὶ καὶ πολλάκις παρ' αὐτοῦ τε καὶ διαφόρων ἄλλων αἱρετιζόντων ὁμοίως ἔσχε τὰς ταραχὰς ἡ ἐκκλησία Χριστοῦ) φημὶ δὲ τοῦ λίαν νενεκρωμένου τὴν ψυχήν, καὶ κάρῳ δυσσεβείας καὶ ὕπνῳ βαρεῖ κατεχομένου Γρηγορᾶ, συντεθέντι· καὶ γνώσεται οἷον τὸ τῆς αἱρέσεως ταύτης ποικίλον τε καὶ δολερόν, καὶ ἅμα τὸ ἄθεον*

1) Huc pertinet narratio disputationis in palatio habitae coram Imperatore Ioanne Palaeologo, quae extat in cod. Reg. 2609.

*καὶ ἐπιβλαβὲς, καὶ τίς ὁ ταύτης προστάτης, καὶ τίνες οἱ ἐξ ἐκείνου φυέντες, οὐκ ἄκαρποι μόνον καὶ καταργοῦντες τὴν γῆν τῆς εὐσεβείας βλαστοὶ, ἀλλὰ καὶ ἀκανθώδεις καὶ λίαν τραχεῖς, παραλυποῦντες καὶ διασπῶντες τὰ τῆς ἐκκλησίας γεννήματα.*

*Ἐν αἷς δήπερ ἀσεβείαις καὶ ἀτοπίαις καὶ διάδοχον ἑαυτοῦ τὸν δύστηνον ἐκεῖνον ἔσχεν Ἀκίνδυνον· καὶ ἔτι Δεξιόν τινα, τὸν τῆς ἀριστερᾶς μερίδος· καὶ Ἀργυρὸν, τὸν ἰοῦ μεστὸν, τὸν καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον τῆς Ἑλλήνων φλυαρίας πλουτήσαντα· καὶ πρὸ αὐτῶν Γρηγορᾶν ἐκεῖνον τὸν ἀποστάτην. οἳ καὶ τὴν χάριν καθάπαξ ἠθετήκασι τοῦ θεοῦ καὶ τὴν φυσικὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν ἐξηρνήσαντο, μηδεμίαν δύναμιν προσεῖναι λέγοντες τῷ θεῷ, μηδὲ δωρεάν τε καὶ χάριν ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσαν.*

Sacros Tomos, ab orthodoxa Christi ecclesia publice expositos, qui voluerit legat, et omnia explorate cognoscet: primo quidem eum Tomum, qui in impium illum Barlaamum Calabrum editus est: tum illum, qui adversus temerarium [1]) Acindynum, eadem quae Barlaamus tentare ausum [1]); denique eum qui tertius prodiit, compositus videlicet in eum qui ter et saepius [2]) (siquidem ab eo saepe et a variis praeterea haereticis ecclesia Christi similiter perturbata est), Gregoram dico, morte animae penitus mortuum, eundemque impietatis veterno et gravi sopore oppressum. Cognoscet is quam varia et quam subdola sit haec haeresis, quam Dei inimica et noxia; quis ipsius propugnator primus fuerit; quinam denique inde exorti non modo infructuosi et verae religionis solum infestantes surculi, verum etiam spinosi et multum asperi, eos quos genuit ecclesia foetus molestia afficiant et dilacerent.

Horum [Barlaamus] impiorum dogmatum et errorum heredem habuit infelicem illum Acindynum; item Dexium, sinistrarum partium hominem [3]); nec non Argyrum, aeruginis [3]) plenum et Graecanicae vanitatis falsa moneta [3]) instructissimum; et ante hos apostatam illum Gregoram. Ii gratiam Dei omnino contempserunt, naturalem eius virtutem et operationem repudiarunt, nullam Deo adiunctam virtutem, nullum ex eo donum, nullam gratiam procedere dixerunt.

Habes, Vir illustrissime, selecta e multis Nicephori Gregorae elogia; honorifica pariter et iniuriosa: quae longo intervallo distantia et plane disparata ideo coniunximus et oculis tuis alterna subiecimus, quo facilius perspiceres quam iniqua essent iudicia hominum, quam caeca et affectui obnoxia. Illud tamen hac in parte diligenter velim attendas, a quibus Gregoras reprehensus et contumeliis vexatus sit, eos illi infensos fuisse ob eam prorsus causam, quia saniorem doctrinam et verae fidei dogmata propu-

1) Graecas allusiones reddere non licuit. 2) Supple, *eadem tentavit.*
3) Allusiones ad nomina.

gnaret; a quibus vero laudatus, eorum plerosque non studio partium ductos, sed vel opinione sua deceptos, vel amori (ut fit) indulgentes, plus nimio blanditos esse ei, quem laudibus ornarent. Ne autem, suffragiis computatis, dubites utri, seu benignae seu duriori, sententiae accedas, eo quod utrobique pares numero calculi iudicium ambiguum faciant, adnumerentur isthaec quoque supra allatis testimonia amica et mere ἐγκωμιαστικά.

XV. *Cantacuzenus Hist. Lib. I. Cap. XI.*

*Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ Μετοχίτης ὁ μέγας, ὃς μεσιτεύων μὲν τότε τῇ διοικήσει τῶν βασιλικῶν πραγμάτων ἦν, ἄλλως δὲ ἀγχίνους, καὶ οὐ μόνον τῆς καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἔξω σοφίας εἰς ἄκρον ἐληλακώς. τὴν γὰρ ἀστρονομίαν, ἀπό τινος Βρυεννίου φαύλας τινὰς καὶ οὐκ ἀκριβεῖς πάνυ παραλαβὼν ἀρχάς, αὐτὸς ἰδίοις πόνοις ἐξηκριβώσατο, ὡς καὶ μετὰ ταῦτα πολλοὺς ἐν ἐπιστήμῃ τοῦ μαθήματος σὺν ἀκριβείᾳ γενέσθαι παρ' αὐτοῦ διδαχθέντας. ὃ καὶ θαυμάζοντος βασιλέως, καὶ πρός τινα τῶν ἐκείνῳ φοιτησάντων ἐρομένου, ὁ Γρηγορᾶς οὗτος ἦν, πῶς ὁ Μετοχίτης, ἐκ φαύλων τῶν ἀρχῶν ὡρμημένος, οὕτως ἠδυνήθη πρὸς τελείαν ἐξεύρεσιν τοῦ μαθήματος ἐλθεῖν· οὐ θαυμαστὸν, φάναι, βασιλεῦ, τὸν ἐρωτηθέντα, ἐκ λαμπάδος μικρᾶς πυρσὸν ἀναφθῆναι μέγαν· ἐπαινέσαι τε τοῦτον τῆς ἀγχινοίας τὸν βασιλέα, καὶ τὸ οἰκεῖον τῆς εἰκόνος θαυμάσαι.*

Id ipsum et magnus Logotheta Metochites praestitit, qui tum domum Imperatoriam sive aulam regebat, vir alioqui solers, et non Christianis modo, sed externis etiam litteris politissimus. Etenim cum astronomiae principia a quodam Bryennio minuta et imperfecta accepisset, ipse in eo studio accuratissima diligentia sua tantos progressus fecit, ut deinde quoque permulti in eadem scientia ipso praeceptore progressus eximios adepti sint. Quod cum Imperator admirans Gregoram eius auditorem percunctaretur, qui tandem Metochites, a tam tenuibus profectus initiis, ad plenam huius disciplinae cognitionem aspirare potuisset, audivit ab eo, *nihil esse mirum ex parva lampade luculentam facem accendi.* Laudavit respondentis acumen Imperator, et imagine obvia ac familiari naturam rei ante oculos ponente delectatus est.

XVI. *Isaac Argyrus, Cap. XVI. Computi a Petavio editi* [1]).

*Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς, καὶ πρὸ ἡμῶν ὁ σοφώτατος Γρηγορᾶς ἀπέδειξε, τὸν περὶ τούτων λόγον ἐκθέμενος, μηδεμιᾶς σοφίας ἀπολειπόμενον, καὶ αὐτὸ τὸ κανόνιον μεταποιήσας καὶ ἀποκαταστήσας εἰς τὴν κατὰ τοὺς νῦν χρόνους ὀφειλομένην αὐτῷ διόρθωσιν· ὃς καὶ τοῖς πᾶσιν ἐμφανὲς καταστὰς ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἐνώπιον καὶ τῆς περὶ αὐτὸν συγκλήτου, ἔτι δὲ καὶ τῶν τῆς*

1) Uranolog. pag. 382.

ἐκκλησίας λογάδων, ἐπῃνέθη τε παρὰ πάντων, καὶ πάντες, εἰ δυνατὸν, εἰς τὸ ἑξῆς τελεῖσθαι τὸ πάσχα κατὰ τὴν τοῦ νέου κανόνος διόρθωσιν εὔλογον εἶναι κεκρίκασι, τὴν τῶν λόγων δυσωπηθέντες ἀλήθειαν.

Et quidem ante nos doctissimus Gregoras de hoc scripsit, edito libro, in quo nullam eruditionem desideres, et transformato canone, et in eum qui huic saeculo competit statum restituto: qui et in populo, et in conspectu Imperatoris et ipsius Senatus, et lectissimorum ecclesiae virorum, ab omnibus laudatus est; et universi Pascha, si fieri posset, ex emendatione canonis celebrandum esse decreverunt, ipsa veritate verborum confutati.

## XVII. Τοῦ πρωτονοταρίου τοῦ Λαμπηνοῦ, εἰς Νικηφόρον τὸν Γρηγορᾶν [1]).

Ὃν ἐπί τ' ἀριστεῖ Χριστοῦ καὶ γενναίῳ διέθηκα μάρτυρι λόγον, ἠτηκόσι σοφῶς ἐν ὑπερορίᾳ κἀνταυθοῖ, πέπομφα, ὅπῃ κρινοῦσιν οὐ πεφροντικὼς, τῷ θ' ὑπερορίους εἶναι τοὺς κρινοῦντας, καὶ ἄλλως ἥκιστ' ἐπιτετραφὼς σφισι τὴν κρίσιν. ἐπιψηφιζέσθων ᾗ βούλοιντ' ἕκαστος· καὶ οἱ [2]) ὅροις ἐπιστήμης ἑπόμενοι, οἷς κρινοῦσιν ἀγαπήσομεν· εἰ δὲ καὶ ἀνεπιστημοσύνῃ ἔνιοι καταψηφιοῦνται τοῦ λόγου, ἥκιστ' ἀνιασόμεθα. σοὶ δὲ πέμψαι τὸν λόγον, τέως μὲν ὤκνουν. ᾔδειν γάρ τ' ἀρίστῳ τῶν Ἑλλήνων ἀκριβωσομένῳ περὶ αὐτοῦ πέμπων, καὶ μεθ' ὅσης ἑκάστην αὐτοῦ μοῖραν ἐπιστήμης ἐπισκεψομένῳ, οὐχ ὅπως ὅσα γε εἰς νοῦν ἔρχεται καὶ τὴν ὅλην διασκευὴν, ἀλλ' ὅσα καὶ ὄνομα ἀποξέει τε καὶ ἀποτορνεύει, καὶ λεαίνει συνθήκην, καὶ ἀπόθεσιν ἀναπαύει, καὶ διὰ τῆς, τρόπον ψυχῆς, τὸν λόγον εὖ ἰθυνούσης ἁρμονίας εὖ ἥρμοσται. καὶ τέκτοντες [3]) γὰρ, καὶ τῶν γενικωτέρων ἐπιτηδευμάτων οἱ προϊστάμενοι, τοῖς ἐφ' ἑκάστοις αὐτῶν μέγα δυναμένοις σὺν ὄκνῳ φιλοῦσιν ἅττ' ἔφθησαν κατασκευασάμενοι ἐπιδείκνυσθαι. καί σοι τῷ πᾶν εἶδος σοφίας ἐξησκηκότι, καὶ διαιρεῖν εὖ οἶδ' [4]) ὅτι λόγους καὶ κρίνειν, εἴπερ τις τῶν ἐπὶ σοφίᾳ τεθρυλλημένων, σὺν ὄκνῳ εἴ τις αὐτοῦ λόγους κρίνοιτο πέμψει. ταῦτ' ἄρα κἀγὼ σὺν ἀγωνίᾳ πέμπων [5]) τὸν λόγον, δεδιὼς μὴ παρὰ σοὶ κριτῇ οὐ κατ' ἐπιστήμην, οὐδ' ἐπ' εὐφημίᾳ τοῦ μάρτυρος, ἀλλ' ἐφ' ὕβρει παρὰ τὴν αὐτοῦ φαυλότητα ἐξενήνεκται. εἰ δέ σοι μέλον δέους ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι, τὴν παρὰ σαυτοῦ ψῆφον μὴ ἀποκνήσῃς θέσθαι τῷ λόγῳ. εἶναι γὰρ ὃ σὺ ψηφιῇ, ὅρων ἐπιστήμης εἴσω. εἰ δ' ἐλλέλειπταί τε τῷ λόγῳ, εἰ προσθήσεις, οὐκ ἀνιάσεις· εἰ δ' ἡμᾶς προσθεῖναι δηλώσεις, καὶ οὕτως εὐφρανεῖς.

## XVIII. Τοῦ Ζαρίδου, εἰς τὸν αὐτόν.

Τί με κινεῖς ὅστις εἰ λυπούμενον καὶ οὐκ ἐᾷς θρήνοις καὶ οἰμωγαῖς τὴν συμφορὰν ἀφοσιοῦσθαι, τραγικαῖς σκηναῖς φιλοχω-

1) Hanc epistolam, et decem sequentes, ex codice Vaticano partim sua partim viri doctissimi Belmanni Sueci manu descriptas, communicavit mecum R. P. D. Bernardus de Montfaucon. 2) Legendum εἰ. 3) τέκτονες. 4) εἰδότι. 5) πέμπω.

ρoῦντα, ἵν᾽ ἐκεῖθεν ἐρανιζοίμην τὰ τὸ πάθος ἐπιῤῥωννύντα καὶ ἀκήλητον φρουροῦντα τὸν ἀεὶ χρόνον; ἐς τοσόνδε γὰρ ἀτοπίας προήκομεν, ὥσθ᾽ ἃ μάλιστα ὀδυνῶσιν ἡμᾶς, ταῦτα φιλοκρινεῖν καὶ ῥινηλατεῖν, ἵνα τῷ παρόντι δαίμονι ἀξίως ὑπηρετοῖμεν, καὶ μὴ κατειρωνευοίμεθα, οἷς σύνεσμεν δεινοῖς. ἀλλ᾽ εἴτε φειδοίη [1]) ἡμῶν, ἵν᾽ ἐκεῖθεν ἀποσπάσωμεν [2]), καὶ μὴ λάθωμεν ἐκτακέντες εἰς δάκρυα, εἴτε καὶ τὰ σαυτοῦ εὖ τιθέμενος ἐκ τοῦ περιόντος, ὅπως τὴν δίαιταν ποιοῖτο [3]) τοῦτόν σοι ἀγνοεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἰς σαφεστάτην τεῖνον γνῶσιν, αὐτὸν καθ᾽ αὑτοῦ ἔχειν μηνυτήν· ἀλλ᾽ εἴθ᾽ οὕτως, εἴτ᾽ ἐκείνως, εἴτε καὶ ἀμφοτέρωθεν ἐλλοχῶν ἡμᾶς ἡμέτερα γράμματα προκαλῇ, εὖ ἴσθι, ἐξεῖλες ἡμᾶς κατὰ κράτος, καὶ τὰ ὅπλα σοι συγχωροῦμεν, τῆς τοῦ λανθάνειν αἱρέσεως ὥσπερ ἀκροπόλεως ἐκφοιτῶντες. αἱ γὰρ τῶν [4]) συγγραμμάτων Σειρῆνες τὰς φρένας μετῴκισαν, καὶ ὅτι βούλοιντο χρῶνται ἡμῖν; καὶ ὅποι τράποιντο οὐκ ἀπολειπόμεθα. πλὴν παρ᾽ ὅσον τοῦτο, τὴν μήρινθον ἐκείνην μὴ οἴου σπεῦσαι [5]) ἡμᾶς· φὴς γὰρ (ὡς ταύτῃ αἱρήσων) ὡς ἐφ᾽ ἑκάτερα ταλαντεύῃ, καὶ παραλλὰξ ταῖς γνώμαις φέρῃ, καὶ τῶν ἀμηχάνων οὐδὲν ἐνδεῖς, οὐδ᾽ ὁποτέρως δυνάμενος ἔχειν τῆς περὶ ἡμῶν δόξης, νῦν μὲν κινδυνεύων τοῖς ἐλλογίμοις ἡμᾶς ἐγκρίνειν, νῦν δὲ . . . . ἀλλ᾽ εὐφημεῖν χρή. ὃς γὰρ ἂν καὶ προσειδῇ χάριτας, εἴ τις αὐτὸν ἐξ ὀφθαλμῶν τε καὶ ἀπὸ μνήμης εἶναι (μικροῦ δέω πάντων φάναι) ἐς τἀκριβὲς ἀγγείλειεν, ἤ που ἡδὺς ἂν ὅδ᾽ εἴη ὀψὲ τῆς ἡλικίας ἐπιδείξεσι δεδωκὼς, τοῦ μή τινα τῆς ὀρθῆς ψήφου περὶ αὐτοῦ ἁμαρτεῖν. ὦ μούσαις ἁπάσαις κεχαρισμένε, ὅσον ἐπ᾽ ἄλλῳ φάναι (μὴ ἀλαζονεία τις ᾖ τὸ ταῦ ἔπους) οὐκ ἐμέλλομεν ἀφνειοί ποτ᾽ εἶναι ἐν λόγοις, οὐδ᾽ ἐπαΐειν, οὐδ᾽ ἐφιστάνειν τούτοις περιεργότερον. νῦν δὲ καὶ παντάπασιν ἀπηγορεύκαμεθα, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ συμφορὰ συνεκύρησεν ἡμῖν ἀργαλεωτάτη· ἀπεσκλήκαμεν καὶ ἀπειπάμεθα καὶ λόγοις καὶ ἔργοις, εἴπερ ἦν χάριν ἔχον ἡμῖν. καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἐμέλλομεν συμφορᾷ καὶ οὑτωσὶ βαλέσθαι εἰς νοῦν, οὐχ [6]) οἷαί τε οὔσῃ προσεπταικότες, εἰ καὶ ἄλλως τίσις ἐστὶ καὶ καθάρσιον τῶν ἡμῖν βεβιωμένων. καὶ μιᾷ γέ τῳ σοφῇ διαχειρήσει μεμηχάνητον [7]). μὴ γὰρ οὕτω τὸ πάθος κατασῦραι δυνηθείη τοῖς τοιούτοις δόγμασι συνειθισμένους λογισμοὺς ἡμῶν, ὡς μὴ ταῦτα ταύτῃ διῳκίσθαι τῷ κρείττονι οὐρανομήκει φωνῇ διατρανοῦν. ἀλλὰ μέχρι τούτου θάῤῥει. ὑγιαίνομέν σοι, καὶ οἱ αὐτοὶ ἐσμὲν, νῦν τε καὶ ὅτε εὐθηνοῖτο τὰ καθ᾽ ἡμᾶς. τὰ δ᾽ ἄλλα πρὸς τὸ ζῆν ἀπονενοημένως ἔχομεν· καὶ μὴ μικρολογοῦ περὶ ἡμῶν, περὶ δόξης κινδυνεύοντας ἐπιστρέφεσθαι οἰόμενος. ἐχόντων αἱ περὶ ἡμῶν ὑπολήψεις κατὰ τὸ ἐπιὸν ἑκάστῳ, καὶ ὅπως ποτὲ ἔχουσιν ἕκαστος περὶ τοῦ τἀλλότρια κακὰ περιεργάζεσθαι φιλονεικίας. ἀλλὰ ταύτῃ μὲν οὐχ ἥλωμεν ἡμεῖς, ἄλλῃ δὲ πολλαχῇ· ἢ τἀληθέστερον φάναι, οὐκ ἔστιν ὅθεν οὔ. καὶ προσέχειν σοι ἔπεισαν μετὰ πολλοῦ θαύματος καὶ βοῆς· καὶ νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν,

1) φειδοῖ. 2) An ἀποσπασθῶμεν? 3) Subest aliquod mendum. 4) An σῶν? 5) An σπάσαι? 6) Haec, et quae sequuntur, mendosa sunt et obscura. 7) An μεμηχάνηται?

καὶ κατὰ μόνας οὖσι, καὶ μεθ᾽ ὧν ἑκάστοτε συμβαίνει, ἡμῖν σύνει· καὶ μεμηνόσι θείαν τινὰ μανίαν ἐοίκαμεν, οὐκ ἐπὶ ποσόν τι, ἀλλ᾽ ὅσον οἷόν τε πορρωτάτω. καὶ γὰρ χορηγεῖ τῷ πάθει τῆς[1]) ἐπιστολῆς συνεχὴς ἀνάληψις, καὶ ἡ τῶν ἐν αὐτῇ δὶς καὶ τρὶς ἐπανάληψις γινομένη. καὶ ταυτὰ [2]) ἀπὸ τῶν αὐτῶν πρόεισι, λήθη καὶ ἄγνοια τῶν παρόντων, καὶ σοῦ τοῦ ἀπόντος φαντασία, ἐκκρούουσα τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν· καὶ οὐδὲν ἢ μικρὸν διενηνόχαμεν τῶν ἐνθουσιώντων, πρὸς σκιᾷ τινι ἀνασπῶντες λόγους· καὶ συγχαίρομεν τοῖς λόγοις, οἷον ἐπλούτησαν σπουδαστὴν, οἷον ἔχοντες οὗτοι ἄγαλμα ἡμᾶς ἐλάνθανον. καὶ μὴ ἄλλως οἴου με ταῦτα ῥαψῳδεῖν· οὐ μὰ τοὺς λόγους αὐτοὺς, καὶ τὸ κατακλῶν καὶ κατασκῶν ἡμᾶς βάθος, ὃ νῦν εἶξε τοῖς σοῖς γράμμασιν, οὐ πρὸς χάριν ὁ λόγος, οὐδ᾽ ἐπιτηδὲς οὐδὲν, ἀλλὰ ψυχῆς οὐδὲν εἰδυίας τεχνικὸν, οὐδ᾽ ἀγεννῶς ὑπέρχεσθαι συγχαιρούσης ἀνδρὶ τῆς ἐπὶ λόγοις ὅσης οἵας εὐδοκιμήσεως, καὶ τοῦ γνώμης εἶναι τοῦτον, τῷ μετρίῳ καὶ εὐπροσίτῳ, καὶ αὖθις τῷ σεμνῷ καὶ σωφρόνως διαιρομένῳ, κεκραμένης. ἀλλ᾽ εἶσι [3]) τὸ πάθος, ὃ τὴν πρώτην ἀναγινώσκοντά με τὰ σὰ γράμματα εἰσήλατο, καὶ ἐς δεῦρο παρακατέχει, ἀεὶ διεξίοιμι, ταῖς ὑπερβολαῖς δυσάρεστος δόξεις [4]). ἀλλ᾽ οὐδὲν μᾶλλον ὁ λόγος τὴν ἀλήθειαν αἰσχυνθήσεται. ἐναργέστατα γὰρ φέρω κατὰ τοῦ προσώπου σημεῖα πολλοῦ θαύματος, τὴν ἐπιστολὴν ἢ μνήμῃ ἀναλαμβάνων, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαφιεὶς ταύτῃ. καὶ συνίημι ἡδόμενός τε καὶ ὀνινάμενος, ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης, ταῖς ἴσαις ῥοπαῖς. καὶ σὺ μὲν τὴν τοῦ Σωκράτους προΐστασαι ἀπὸ τοῦ δογματικωτέρου ἀπόδρασιν, ὅταν δέῃ περὶ ἡμῶν σε ψῆφον ἀπενεγκεῖν, τίνες τε καὶ οἷοι· ἡμεῖς δὲ τὴν αὐτοῦ τούτου ἔστιν οὗ περὶ ὧν ἀνήκεστον τόλμαν, ὡς ἂν ὑμεῖς φαίητε, περὶ τὸ διαιρεῖν τε καὶ ἀφορίζειν, ὅταν καθώμεθα κριταὶ τῶν σῶν. οἶσθα δὲ πάντως τὸν εἴτε Σωκράτην βούλει, εἴτε καὶ Πλάτωνα, ὡς ἐς τοσοῦτον ἥκει, πόῤῥω τοῦ διχιδὴς εἶναι, περὶ ὅτων δὴ θεμιστεύων, ὡς καὶ ἐπιστήμην εἶναι τοῦτο μαρτύρεσθαι, καὶ πολύς ἐστι καὶ ἀπαραίτητος τοὺς τὴν ἐναντίαν ἰόντας ἀποξέων τῶν ἀτόπων προλήψεων καὶ μὴ σύ γε ὅσα περὶ τοῦ λαβεῖν θάρσος ἀποφαίνεσθαι ὅποτε ῥαοῦν [5]) περὶ ἡμῶν στασιώτης, ἢ τὸ σὸν δὴ αἱρεσιώτης ἡμῖν γένοιο· ὡς ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἳ ταττοίμεθα παρὰ σοῦ, ἐν τῷ καλλίστῳ τοῦ τῶν σοφῶν χοροῦ ἀνάγραπτόν σε θέντες· καὶ τὴν ἔνστασιν ταύτην ἀκίνητον τηρήσομεν· καὶ οὐδ᾽ ἣν τὰ δεινότατα ἀκούωμεν (ὅπερ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ γένοιτ᾽ ἄν) αἱ περὶ σοῦ ψῆφοι ἐπὶ θάτερα χωρήσουσιν· οὐκ οὖν [6]) ἕως ἂν τὰ σὰ μέλη λιγυρὸν οὕτω καὶ μουσικὸν ὑπηχῶσιν. ὡς ἔγωγε ταὐτὸ δοκῶ μοι πεπονθέναι, οἷον εἰ χρόνιος ἐν σκότῳ που καθειργμένος διάδυσίν τινα καὶ ἀνάλυσιν ἐς αὐγὰς ἡλίου εὗρον. ᾤμην γὰρ ἐφ᾽ ἡμῶν ἐκλελοιπέναι τοὺς λόγους, ἢ τὸ παράπαν, ἢ τῷ πλείστῳ μέρει, ὡς καὶ μεταμέλειν τοῖς φιλοτεχνήσασι περὶ τούτους τῶν μακρῶν πόνων, οἳ τούτοις καταβέβληνται, ἵνα τὴν ἀρχαίαν καὶ πάτριον ἠχὼ ἀπολαύοιεν, δρῶσιν ὡς συνοιχήσεται τούτοις ἡ τοσαύτη φιλοσο-

1) Fort. ἡ τῆς. 2) An ταῦτα? 3) An εἴ σοι? 4) An δόξει dempto puncto? 5) An ὁποτεραοῦν? 6) An οὔκουν?

**6. Inter haec Turci, qui Asiam intra Euphratem, et Arabes, qui Coelesyriam et Phoeniciam tenent, non parum apud se trepidabant propter periculosam Scytharum vicinitatem. Itaque Turcorum princeps legatos summa rei gerendae auctoritate praeditos ad Imperatorem Ioannem firmandae pacis causa mittit, timens, ne ipse Scythico bello distractus gravem hostem a tergo haberet Romanum exercitum. Eas quippe extremas angustias esse, et certissimum Imperii sui exitium, si Scytharum tantum incursionibus vix audens resistere, ob geminatum bellum vires suas partiri cogeretur. Id et Imperatori in votis erat, ac multis de causis fuerat iam ante decretum: tum quod minime utile aut facile, imo grave ac permolestum huic quoque videretur, bellis Asianis et Europaeis distringi: tum quod firmissimum et oportunissimum vallum futuri essent Turci inter bellum Scythicum interiecti, commune periculum suis corporibus excepturi, velut robusti propugnatores, ac tanquam saxei obices, quos in maritimis plagis natura alicubi saevientibus pelagi fluctibus opponit. (II.) His igitur de causis libenter et cupide admodum foedus cum Turcis tunc fecit: quod rem Romanam plurimum iuvit. Metu enim liberati hac diuturnorum bellorum intermissione possessiones et res suas curandi otium habuerunt. Nam Imperator**

A. M. 6730 ad 6763 Imp. Ioann. Ducae.

αὐτός τε γὰρ ὁ βασιλεὺς τοσοῦτο μέρος ἀποτεμόμενος γῆς, ὅση
τε ἀρόσιμος καὶ ὅση πρὸς ἀμπελουργίαν εὔθετος, ὅσην ἐξαρκεῖν
ἔκρινεν ἔς τε βασιλικὴν τράπεζαν, καὶ ἐς ὅσα ἡ εὐεργετοῦσα καὶ
διαρκῶς χορηγοῦσα γνώμη τοῦ βασιλέως παρεκελεύετο (γηροτρο-
D φεῖα δὲ ἦσαν ταῦτα καὶ πτωχοτροφεῖα, καὶ ὅσα τοὺς ἐκ παντοίων
νοσημάτων ἐθεράπευον τραυματίας), ἐπιμελητάς τε τούτοις ἐπι-
στήσας, ὁπόσοι καλῶς γεωργεῖν τε καὶ ἀμπελουργεῖν ἴσασι, πολ-
λήν τε καὶ ἄφθονον τὴν τῶν καρπῶν ἐτήσιον ἤθροιζε χορηγίαν.
οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἵππων καὶ βοῶν καὶ ποιμνίων, ὁμοῦ
E τε καὶ συῶν ἀγέλας προσεκτήσατο ἐπὶ τούτοις, καὶ παντοίων ὀρ-
νίθων ἡμέρων εἴδη, ἐξ ὧν πολύχους ὁ τῶν γεννωμένων πορισμὸς
ἐφαίνετο καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτόν. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις παρῄ-
νει ποιεῖν, ὅσοι τε τῶν γένει προσηκόντων, καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως
εὐγενῶν ἦσαν, ἵν᾽ ἕκαστος οἴκοθεν ἔχων τῆς χρείας τὸ διαρκές,
V. 21 μήτε χεῖρα τοῖς ἰδιώταις καὶ ἀσθενεστέροις ἐπάγῃ πλεονεκτοῦσαν,
καὶ ἅμα καθαρεύουσα ἡ Ῥωμαίων τελέως ἐντεῦθεν ἀδικημάτων
ἡ πολιτεία. καὶ μέντοι καὶ χρόνων ὀλίγων αἱ πάντων ἀποθῆκαι
F βρίθουσαι τοῖς καρποῖς ἑωρῶντο, αἵ τε ὁδοὶ καὶ ἀγυιαὶ καὶ πᾶσα
μάνδρα καὶ σηκὸς ἐστενοχωροῦντο τοῖς κτήνεσι, καὶ ὁπόσαι τῶν
ὀρνίθων ἦσαν ἀγέλαι. (Γ.) Συνέβη δὲ τηνικαῦτα τοῖς Τούρ-
κοις ἐπ᾽ εὐτυχίᾳ καὶ τοῦτο Ῥωμαίων, λιμὸς ἰσχυρὸς καὶ σπά-
νις μεγίστη τῶν χρειωδῶν. καὶ ἦσαν δὲ διὰ τοῦτο μεσταὶ τοῦ
τοιούτου γε ἔθνους αἱ ὁδοὶ πᾶσαι, γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν καὶ
P. 25 ὅσοι ἥβης ἐλλιπεῖς, ἀνιόντων καὶ κατιόντων ἐς τὴν Ῥωμαίων

2. ὅσην] ὁπόσην A. 22. μεσταὶ A., μεστοὶ W.

tantum terrae arationi et vineis plantandis idoneae usurpavit, quantum satis fore putabat ad mensam imperatoriam instruendam, et ad ea omnia procuranda, quae beneficus ac prolixus principis animus decrevisset. Ea erant alimenta et hospitia senum ac pauperum; item quorumlibet morborum ac vulnerum curationes; quibus rebus et administratores praefecit, qui et agros colere, et vineas plantare scirent: ac quotannis uberem frugum proventum reposuit. Neque id solum; verum etiam armenta equorum et boum, ovium item et porcorum greges, ac varia genera cicurum avium paravit, unde multiplicem singulis annis proventum percipiebat. Idem caeteris etiam faciendi auctor fuit, tam cognatis suis, quam reliquae nobilitati, ut cum domi quisque haberet unde viveret, neque plebeios et inopes per vim opprimeret, et Romana respublica omni maleficio et crimine vacaret. Itaque paucis annis omnium horrea fructibus referta conspiciebantur, et viae ac plateae, et stabula et mandrae pecoris multitudinem et avium greges quoscunque vix capiebant. (III.) Accidit autem illud etiam felici Romanorum fato, ut Turci molesta fame et maxima rerum necessariarum penuria conflictarentur. Qua de causa plenae erant omnes viae illius gentis hominum, mulierum, virorum, impuberum redeuntium et advenientium in Romanorum

A. C. 1222 ad 1254 Imp. Ioann. Ducae.

χώραν. καὶ ἐκενοῦτο σὺν ἀφθονίᾳ μακρᾷ πᾶς ὁ τῶν Τούρκων πλοῦτος ἐς τὰς Ῥωμαίων δεξιάς, ὅσος ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ, ὅσος ἐν ὑφάσμασι, καὶ πᾶν ποικίλον εἶδος καὶ τερπνὸν καὶ τρυφῆς μεστὸν πολυτελοῦς. καὶ ἦν ἰδεῖν τὰ πολλῶν ἄξια χρήματα σίτου βραχέος ὤνια προτιθέμενα. τότε καὶ ὄρνις οἱαδηποτοῦν, καὶ πρός γε ἔτι βοῦς τε καὶ ἔριφος, πολλοῦ τινος ἐτιμῶντο. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τάχιστα οἱ Ῥωμαίων οἶκοι πλούτου βαρβαρικοῦ πλήρεις κατέστησαν, πολλῷ δὲ πλέον τὰ βασιλικὰ ταμεῖα ἤδη τῇ τῶν χρη- B μάτων ἔβριθον δαψιλείᾳ. καὶ ἵν' ἐν βραχεῖ παραστήσω τὸ πᾶν, οἱ ταῖς τῶν ὀρνίθων ἀγέλαις ἐπιστατοῦντες ὁπόσα τίκτοιεν αὗται ᾠά, ἀνὰ πᾶν συναθροίζοντες ἔτος ἐπίπρασκον· ὡς ὀλίγου χρόνου πρὸς τῶν συναχθέντων ἐντεῦθεν χρημάτων στέφανον κατασκευασθῆναι τῇ βασιλίδι, λίθοις καὶ μαργάροις λίαν πολυτελέσι διηνθισμένον, ὃν καὶ ᾠάτον ὁ βασιλεὺς ἐπωνόμασε, διὰ τὸ ἐκ τῆς τῶν ᾠῶν πράσεως κατεσκευάσθαι αὐτόν. (Δ.) Ἓν μὲν δὴ C τοῦτο τῆς ἐκείνου βασιλικῆς καὶ πολιτικῆς προμηθείας δεῖγμα· ἕτερον δέ, ἐπειδὴ ἑώρα τὸν Ῥωμαϊκὸν πλοῦτον μάτην κενούμενον ἐς τὰ ἐξ ἀλλοδαπῶν ἐθνῶν ἐνδύματα, ὅσα τε ἐκ Σηρῶν Βαβυλώνιαι καὶ Ἀσσύριαι ταλασιουργίαι ποικίλως δημιουργοῦσι, καὶ ὅσα χεῖρες Ἰταλῶν εὐφυῶς ἐξυφαίνουσιν, ἐξήνεγκε δόγμα, μηδένα τῶν ὑπηκόων χρῆσθαι αὐτοῖς, εἰ μὴ βούλοιτο, D ὅστις ποτ' ἄρ' εἴη, αὐτός τε καὶ γένος ἄτιμος εἶναι· ἀλλ' ἢ μόνοις τοῖς ὅσα ἡ Ῥωμαίων γῆ γεωργεῖ καὶ αἱ Ῥωμαίων ἀσκοῦσι χεῖρες. τῶν γὰρ ἀναγκαίων ἡ χρῆσίς ἐστιν ἀμετάβλητος,

16. καὶ πολιτικῆς add. A. 24. Wolfio ante τῶν γὰρ ἀναγκ. nonnulla excidisse videntur.

agros. Omnes Turcorum opes acervatim, aurum, argentum, telae, omne genus rerum voluptariarum ac sumptuosarum exhauriebantur et in Romanorum manus perveniebant. Videres magni pretii merces exiguo frumento commutari. Tum quaelibet avis, bos, hoedus magno precio vaenibant. Eo pacto cum Romanorum aedes celerrime barbaricis opibus affluebant, tum Imperatoris fiscus pecunia redundabat. Et ut rem omnem paucis expediam, cum ova gallinarum ii, quibus avium greges commissi erant, quotannis collecta venderent, exiguo tempore tantum inde pecuniae coactum est, ut Imperatrici corona gemmis et margaritis pretiosissimis distincta pararetur, quam Imperator ex eo ovatam nominavit, quod de venditis ovis confecta esset. (IV.) Ac unum hoc illius Imperatoriae ac politicae providentiae specimen esto. Alterum illud, quod cum videret Romanas divitias effundi in peregrinas vestes, quas sive Babylonicae et Assyriae textrinae Sericis filis variarent, sive Italicae manus eleganter contexerent, edicto sanxit, ne quis subditorum iis uteretur, nisi ipse, quisquis esset, cum omni familia in ordinem cogi ac notari ignominia vellet: sed iis contenti essent, quas Romanae provinciae ac manus praeberent. Necessariarum enim rerum

A. M. 6730 ad 6763 Imp. Ioann. Ducae.

τὰ δὲ ἐνδεχόμενα ταῖς τῶν ἀρχόντων ἀκολουθοῦσιν ὀρέξεσι· καὶ τοῦτο νόμος αὐτοῖς καὶ τιμὴ, ὃ τοῖς ἄρχουσι δεδογμένον ἐστίν· ὥστε κἀνταῦθα ἦν ἰδεῖν, ἐκεῖνα μὲν ἐν Καρὸς καταστάντα μοίρᾳ τοῦ λοιποῦ, τὸν δὲ τῆς εὐγενείας ὅρον ἐν τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἐνδύμασι περικλεισθέντα, τὸν δὲ πλοῦτον οἴκοθεν οἴκαδε, τὸ θρυλλούμενον, φερόμενον.

V. 22 ζ. Ἀλλὰ γὰρ ἐφ' ἕτερα ἡμῖν ἀγέσθω ὁ λόγος. τῇ μὲν βασιλίδι Εἰρήνῃ μετὰ τὸ τεκεῖν τὸν παῖδα Θεόδωρον συνέβη, ῥιφεῖσαν
P. 26 τοῦ ἵππου ἐπὶ πολὺ τοῦ πεδίου συρῆναι· ἔτυχε γὰρ ἐπὶ θέαν κυνηγεσίου τινὸς ἄρτι ἐληλυθυῖα μετὰ τοῦ συζύγου καὶ βασιλέως· ὡς ἐντεῦθεν βλαβῆναί τε τὴν μήτραν καὶ μηκέτι τεκεῖν τοῦ λοιποῦ. ἦσάν γε μὴν ἄμφω τὴν βασιλείαν ἰθύνοντες πάνυ σεμνῶς καὶ κοσμίως καὶ πλείστην ποιούμενοι πρόνοιαν τοῦ δικαιοσύνην τε καὶ εὐνομίαν ἀνθεῖν ἐν ταῖς πόλεσι, πλεονεξίαν τε ἀπεῖναι καὶ ἁρπαγήν. (B.) Ἐδείμαντο δὲ καὶ ναοὺς ἀμφότεροι λίαν περι-
B καλλεῖς, πλείστοις ἀναλώμασι μεγίστας καὶ ποικίλας τὰς τούτων οἰκοδομὰς κατεσκευακότες· ὁ μὲν βασιλεὺς τόν τε περὶ τὴν Μαγνησίαν, εἰς ὄνομα τῆς θεομήτορος Σώσανδρα καλούμενον, καὶ τὸν ἐντὸς τῆς Νικαίας εἰς ὄνομα Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου· ἡ δὲ βασιλὶς τὸν ἔνδον τῆς παρὰ τὸ ὄρος τὸν Ὄλυμπον κειμένης τῶν Προυσαέων μητροπόλεως, ἐπ' ὀνόματι τοῦ τιμίου προφήτου προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ· κτήματά τε πλεῖστα αὐτοῖς καὶ
C προσόδους ἐτησίως ἀνενδεεῖς ἐπιχορηγήσαντες, μοναζόντων καὶ

1. ἀρχόμενα W. in mg. pro ἐνδεχόμενα. Vid. Notas. 3. ἦν add. A. 7. Ἀλλὰ — λόγος om. B. et in eodem codice incipit Lib. III. a verb. τῇ μέν.

usus est immutabilis: non necessariae principum cupiditatibus parent: idque lex eis est et honor, quod principibus visum fuerit. Proinde tum quoque cernere erat, illas res deinceps minimi fieri: nobilitatis autem limites Romanis vestimentis definitos, et divitias domo, quod aiunt, domum ferri.

7. Sed iam ad alia transeat oratio. Cum Imperatrix Irene filium Theodorum peperisset, accidit, ut equo deiecta per longum spacium traheretur. Nam casu venerat cum marito Imperatore spectatum quandam venationem. Unde laesa matrice, parere desiit. Caeterum ambo imperium graviter et modeste administrabant summoque studio curabant, ut iustitia et aequitas in urbibus florerent; avaritia vero et rapinae prohiberentur. (II.) Etiam templa elegantissima uterque maximis sumptibus amplitudine et varietate structurae insignia aedificarunt: Imperator quidem unum Magnesiae, Deiparae virginis nomine, quod Sosandra dicitur: et alterum Nicaeae, magno Antonio sacrum: Imperatrix vero illud, quod intra Prusaeorum metropolin, ad montem Olympum sitam, nomine venerandi prophetae praecursoris et Baptistae notum est. Atque his plurimas possessiones et annuos reditus liberaliter attribuerunt, monachorumque et ascetarum domicilia in his con-

ἀσκητῶν ἐνδιαιτήματα ἔδειξαν, πλήρη χάριτος καὶ θυμηδίας πνευματικῆς. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ νοσοκομεῖα καὶ πτωχοτροφεῖα τοῖς τότε καιροῖς ἐπεδαψιλεύσαντο, καὶ ὅσα τὸν ἐκείνων κατὰ θεὸν ἔρωτα ἔδειξαν ἐναργῶς. (Γ.) Ἀλλ᾽ ἐν τούτοις ἡ μὲν βασιλὶς Εἰρήνη τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ σύζυγος πάνυ βαρέως ἐπὶ μακρὸν τὴν ἐκείνης ἤνυσε στέρησιν· ὀψὲ δὲ μὴ D φέρων τὴν μόνωσιν, καὶ δευτέραν ἄγεται σύζυγον. αὕτη δὲ ἦν Ἄννα ἡ ἐξ Ἀλαμανῶν, ἔτι νέα πάνυ τῇ ἡλικίᾳ, ἀδελφὴ τοῦ ῥηγὸς Σικελίας Μαφρέ. εἵπετο δ᾽ ἐκεῖθεν αὐτῇ καθάπερ τροφὸς καὶ παιδαγωγὸς ξὺν πολλαῖς ἄλλαις καὶ γυνή τις ὥραν ἐπαγομένη προσώπου καὶ ὀφθαλμῶν ὡς εἰπεῖν ἄφυκτόν τινα σαγήνην, ὄνομα Μαρκεσίνα· ἣ φίλτροις καὶ καταδέσμοις ἐρωτικοῖς, καὶ ἠθῶν ἀστειότητι κατὰ μικρὸν ὑπηγάγετο καὶ τοὺς βασιλικοὺς E ὀφθαλμοὺς καὶ πρὸς τοὺς ἑαυτῆς ἐξέκαυσεν ἔρωτας, ὡς παραθεωρεῖσθαι λαμπρῶς ἤδη τὴν βασιλίδα Ἄνναν. ἐς τοσοῦτον γὰρ ὕστερον ἀτοπίας αὐτὸν οἱ τῆς Μαρκεσίνης ἐξεκύλισαν ἔρωτες, ὥστε καὶ συμβόλοις κοσμεῖσθαι βασιλικοῖς συγκεχώρηκε ταύτην· ὡς τούτων μὲν εἵνεκα μηδὲν ἐνδεῖν τῆς βασιλίδος Ἄννης, τῆς δὲ βασιλικῆς στοργῆς καὶ ῥοπῆς καὶ τῆς τῶν ὑπηκόων αἰδοῦς καὶ ὑποστολῆς, εἰ μὴ πάσης ἀπήλαυεν, ὡς εἰπεῖν, αὐτή γε καὶ μόνη, ἀλλ᾽ οὖν πλείονος ἢ κατὰ τὴν νόμιμον σύζυγον, τὴν βασιλίδα Ἄνναν φημί. (Δ.) Ὅμως συνετός γε τυγχάνων ὁ βασιλεὺς, V. 23 οὐκ ἄλυπος τὸ παράπαν τὸν βίον διέβοσκεν, οὐδὲ κατηφείας καὶ συντριβῆς τῆς προσηκούσης ἐκτός· ἀλλὰ νύττουσαν εἶχε καθά-

A. C. 1222 ad 1254 Imp. Ioann. Ducae.

F

19. καὶ τῆς — εἰ μὴ add. A.

stituerunt plena gratiae et piae animi voluptatis. Nec his contenti, complura hospitia ad aegros curandos et ad alendos pauperes destinarunt, aliaque fecerunt, quae amorem eorum erga Deum evidenter declararent. (III.) Interim Irene Imperatrice mortua, Imperator atque idem maritus obitum illius longo tempore omnino moleste tulit. Tandem solitudinis pertaesus, secundam uxorem duxit Annam Alemanam, admodum adolescentulam, Manfredi Siciliae Regis sororem. Quam inde educatricis et magistrae loco cum multis aliis mulieribus comitabatur foemina pulcherrimo vultu, cuius oculi quaedam quasi retia inevitabilia erant, nomine Marcesina. Haec philtris et illecebris amatoriis, ac morum urbanitate paulatim etiam Imperatoris oculos in se convertit amoreque sui sic incendit, ut iam haud dissimulanter Imperatrix Anna prae ea negligeretur. Nam tandem eo dementiae redactus est Marcesinae amoribus, ut eam Imperatoriis insignibus ornari pateretur. Quamobrem ea mulier hac in parte Imperatrici Annae nihil cedebat: amore autem et propensione Imperatoris et subditorum observantia ac reverentia si non sola fruebatur, certe legitimam uxorem et Imperatricem Annam longe superabat. (IV.) Caeterum Imperator cum esset vir prudens, vitam agebat non omnis prorsus molestiae ac tristitiae dolorisque iusti expertem: sed conscientiam acris instar stimuli pungentem ha-

A. M. 6730 ad 6763 Imp. Ioann. Ducae.

περ τι κέντρον ὀξὺ τὴν συνείδησιν, καὶ καιρὸν ἀνέμενε μετανοίας,
καὶ λύσιν ἐζήτει θεόθεν τῆς τοιαύτης παρατροπῆς. δῆλον δ' ἐν-
τεῦθεν τουτί. ἀπιέναι γάρ ποτε τὴν Μαρκεσίναν φασὶ προσκυ-
νήσεως ἅμα καὶ θέας εἵνεκα ἐς τὸν θεῖον νεὼν, ὃν ὁ Βλεμμύδης
P. 27 οἴκοθεν ἐδείματό τε καὶ ἐς ἁγίων καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἀσκητή-
ριον κατεστήσατο, πολλὴν ἐπαγομένην τὴν τρυφὴν καὶ σφό-
δρα τοῖς βασιλικοῖς σεσοβημένην συμβόλοις καὶ τῷ τῶν ἀκολού-
θων πλήθει. ἀλλὰ πρὶν τῶν προθύρων αὐτὴν ἐπιβῆναι, τὰς
τοῦ νεὼ θύρας ἔνδοθεν κλείουσιν ὁ τῶν θείων ἐκείνων ἀνδρῶν
B σύλλογος καὶ ταύτῃ τὴν εἴσοδον ἀποκλείουσι, κελεύσει τοῦ κα-
θηγητοῦ Βλεμμύδου. ἀνὴρ δὲ οὗτος πολλαῖς περιηνθισμένος ταῖς
ἀρεταῖς, καὶ πολλῇ τῇ σοφίᾳ ἐξησκημένος, ὁπόσην τε Ἑλλήνων
ὑμνοῦσι παῖδες, καὶ ὁπόσην οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας προ-
στάται καὶ ῥήτορες ἐς ἡμετέραν ὠφέλειαν προὔθηκαν. οὐ γὰρ
ἔκρινε δίκαιον ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, βεβήλοις καὶ ἀθεμίτοις πο-
C σὶν ἱερὸν πατεῖν ἔδαφος τὸ ἀνόσιον ἐκεῖνο καὶ ἀναιδὲς γύναιον.
πῶς γάρ; ὃς οὐδὲ πρότερον ἔληγε σκώμμασι βάλλων αὐτὴν καὶ
γλώττῃ καὶ γράμμασι διασύρων ἀεί. (E.) Ἡ δὲ τὰ δεινότατα
πάσχειν οἰομένη καὶ τῆς βασιλικῆς ἀνάξια σφόδρα τιμῆς, ἐς
θυμὸν ἀνῆπτεν ἑαυτὴν καὶ βαρεῖαν καὶ ζέουσαν ὀργὴν, καὶ μά-
λιστα ὅτι καὶ πρὸς τῶν κολάκων παροξυνομένη μάλα ἐτύγχανεν.
ὅθεν καὶ ἐπανῄει πρὸς τὸν βασιλέα λίαν ὑβριοπαθοῦσα, καὶ πρὸς
D ἄμυναν ὅλαις ὁρμαῖς αὐτὸν διεγείρουσα, καὶ ἐς τὴν τοῦ βασι-

10. ταύτῃ om. A. 20. καὶ βαρ. — μάλιστα ὅτι add. A.

bebat, et poenitentiae occasionem expectans, pravitatis illius correctionem a Deo quaerebat; id quod ex eo constat. Aiunt Marcesinam aliquando tum adorandi, tum spectandi causa templum adiisse, Blemmydae sumptibus exaedificatum et sanctorum ac religiosorum virorum exercitationibus dicatum; eoque illam advenisse multo cum luxu, Imperatoriis insignibus superbam, et magna comitum frequentia stipatam: sed priusquam vestibulum intrasset, coetum illum sanctorum virorum templi fores intrinsecus occlusisse, atque huic aditum praeclusisse Blemmydae praepositi iussu. Erat is multis virtutibus insignis, et varia eruditione perpolitus, tum ea quae a Graecis veteribus celebrata est, tum illa quam ecclesiae nostrae antistites et oratores ad utilitatem nostram proposuerunt. Nefas enim iudicabat divinus ille vir, nefariam illam et impudicam mulierculam profanis et consceleratis pedibus sacrum pavimentum calcare. Quid mirum, ubi ille eandem antea acerbe dictis incessere et tam lingua quam calamo insectari nunquam destiterat? (V.) Ea vero se gravissime laesam arbitrata praeter honorem Imperatoriae dignitati debitum, cum per sese excandescebat, violentamque et fervidam iram animo concipiebat, tum ab adulatoribus magis inflammabatur. Unde ad Imperatorem magna cum indignatione reversa, toto impetu illum ad vindictam incitabat, eam ignominiam in ipsam Impe-

A. C. 1222 ad 1254 Imp. Ioann. Ducae.

λέως ὑπόστασιν ἀποφαίνουσα ἀνατρέχειν τὰ τῆς ἀτιμίας ταυτησί. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ αὐτὴν κόλακες, οἱονεὶ πῦρ πυρὶ καὶ ξύλοις ξύλα προσεπιφέροντες, ἐς ὀργὴν ἀνάπτειν ἠπείγοντο μείζονα ἔτι τὸν βασιλέα, χαριζόμενοι τῷ καιρῷ. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔνδακρυς γενόμενος καὶ βύθιόν τι στενάξας καὶ πάσης μεστὸς κατηφείας καὶ κατανύξεως ἐν βραχεῖ καταστάς, „ἵνα τί με κολάζειν ἄνδρα δίκαιον συνωθεῖτε;" ἔφασκεν· „εἰ γάρ μοι πρὸς βου- E λήσεως ἦν ἀτιμίας ὁμοῦ καὶ αἰσχύνης καθῆσθαι ἐκτός, ἀκίβδηλον ἂν τὸ τῆς βασιλείας ἐτήρουν σεμνὸν καὶ αὐτός· νῦν δὲ τὰς αἰτίας τῶν ἐμῶν ὕβρεων καὶ τῆς βασιλείας αὐτῆς αὐτὸς παρεχόμενος, προσηκούσας ἀπολαμβάνω λοιπὸν ἐντεῦθεν τὰς ἀμοιβὰς καὶ τῶν πονηρῶν σπερμάτων ἄξια τὰ γεώργια."

η'. Ἐπὶ τούτων μέντοι τῶν χρόνων ἦρχε Θετταλίας καὶ Αἰ- P. 28 V. 24 τωλίας καὶ τῶν πέριξ Μιχαὴλ ὁ νόθος υἱὸς τοῦ πρώτου ἀποστάτου Μιχαὴλ τοῦ Ἀγγέλου. τελευτησάσης γὰρ τῆς ἄλλης συγγενείας ἐκείνου πάσης, περιῆλθεν ἤδη πᾶσα ἡ τῶν χώρων ἐκείνων ἀρχὴ εἰς ἕνα τουτονὶ τὸν νόθον Μιχαήλ. τούτῳ παῖδες ἐγένοντο Νικηφόρος καὶ Ἰωάννης καὶ Μιχαὴλ καὶ τέταρτος, νόθος ὄνομα Ἰωάννης καὶ οὗτος· οἷς ἐπιμερίζειν ἔμελλε μετὰ βραχὺ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀρχήν. τέως μὲν οὖν πρέσβεις ἀποστείλας πρὸς B βασιλέα Ἰωάννην, ἐζήτει νύμφην ἀγαγέσθαι τῷ ἑαυτοῦ υἱῷ Νικηφόρῳ τὴν τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι θυγατέρα Μαρίαν· καὶ ἤνυσε τὸ ζητούμενον. ἐγένοντο γὰρ τηνικαῦτα μνηστεῖαι καὶ συμφωνίαι, οἷαι δὴ καὶ γεγόνασι, συμπαραγενομένης τῷ υἱῷ Νικηφόρῳ καὶ τῆς μητρὸς Θεοδώρας κατὰ τὴν

ratoris personam redundare clamitans. Neque haec solum; sed et eius assentatores ignem quasi igni et faces facibus addebant, et iram Imperatoris maiorem in modum incendebant, aucupandae gratiae causa. At Imperator lacrymis obortis, cum profundo suspirio: „quid me (inquit) ad virum iustum puniendum impellitis? Nam si ego sine probro et ignominia vivere voluissem, Imperii maiestatem inviolatam conservassem. Nunc cum ipse meae atque adeo ipsius Imperii contumeliae causam praebuerim, meritis meis gratia refertur, ut malae sementis malam messem percipiam."

8. Caeterum his temporibus Thessaliae et Aetoliae vicinisque regionibus praeerat Michaël, nothus filius Michaëlis Angeli, illius qui primus rebellaverat. Nam tota eius cognatione extincta, omne locorum illorum imperium ad unum hunc nothum Michaëlem devolutum fuit. Huic filii fuerunt Nicephorus, Ioannes, Michaël, et quartus nothus, cui et ipsi nomen Ioannes erat: inter quos brevi post distributurus erat suum principatum. Tum autem missis ad Imperatorem Ioannem legatis, filio suo Nicephoro sponsam petebat Mariam, Theodoro Lascari Imperatoris filio genitam; et voti compos factus est. Peracta enim tunc sponsalia et pacta, qualiacunque ea fuerunt, cum in Orientem Theodora una cum filio Nicephoro, tum

A. M. 6730 ad 6763 Imp. Ioann. Ducae.

ἔω, ἅμα μὲν καὶ πρὸς ἐπίσκεψιν τῆς μνηστευομένης νύμφης,
ἅμα δὲ καὶ πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἐν τούτοις συμφωνιῶν. ὧν δὴ
γενομένων, τὴν νύμφην αὐτόθι παρὰ τὰ οἴκοι καταλιποῦσα,
ἐπανέστρεφεν οἴκαδε σὺν τῷ υἱῷ Νικηφόρῳ Θεοδώρα ἡ τοῦ Μι-
C χαὴλ σύζυγος, ἐγγύας λαβοῦσα παρὰ τῶν κηδεστῶν βασιλέων,
ἐς τοὐπιὸν ἔτος τοὺς γάμους τελεῖσθαι. (Β.) Βραχὺ τὸ μεταξὺ,
καὶ πρὸς κατάλυσιν ἔβλεψε τῶν σπονδῶν αὖθις ὁ Μιχαήλ· καὶ
ἄρας τοὺς οἰκείους ὑπερέβαινε χώρους ἐπὶ πονήρῳ τῶν δυτικῶν
D πόλεων, αἳ τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσιν ὑπῆρχον ὑπήκοοι· ὡς
ἀνάγκην εἶναι ἢ τὸν βασιλέα Ἰωάννην στρατεύειν ἐπ' ἐκεῖνον, ἢ
κίνδυνον εἶναι πάσας ὑπὸ τῷ Μιχαὴλ τὰς δυτικὰς γενέσθαι πό-
λεις. ἦρος οὖν ἐπιγενομένου, πλείστην ὁ βασιλεὺς ἠθροικὼς
στρατιὰν, ἔξεισι κατὰ τοῦ ἀποστάτου Μιχαήλ. τῆς δὲ φήμης
ῥεούσης καὶ προπορευομένης, αἱ μὲν δυτικαὶ τῶν Ῥωμαίων πό-
E λεις ἀνεῤῥώννυντο πρὸς τὸ εὐθαρσές τε καὶ ἀνδρικώτερον· τὰ δὲ
τοῦ Μιχαὴλ ὑπέῤῥει καὶ ὑπεπτήχει. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς περὶ
Θεσσαλονίκην καὶ Μακεδονίαν ἐγένετο, πάλιν ὑπ' αὐτῷ ῥαδίως
αἱ πλείους τῶν δυτικῶν ἐγίνοντο πόλεων, ὁπόσας ἡ τοῦ Ἀγγέ-
P. 29 λου Μιχαὴλ ἔφοδος ἐκλόνησέ τε καὶ πρὸς βραχύν τινα χρόνον
παρατραπῆναι πεποίηκε, Καστορία τε καὶ Πρέσπα, καὶ ἐπὶ
τούτοις ἕτεραι οὐκ ὀλίγαι. ὅθεν εἰς τὸν ἔσχατον συνελαθεὶς φό-
βον ὁ Μιχαὴλ πρεσβεύεται πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὰς προτέρας
ἀνακαλεῖται σπονδὰς, ἀποδιδοὺς αὐτῷ καὶ φρούρια, τά τε ἄλλα
καὶ τὸν Πρίλλαπον, ἔτι τε τὸν Βελεσὸν καὶ τὸ *. ἐτετιμήκει

6. τοὐπιὸν A., τὸ ἐπιὸν W. 8. διέβαινε A. 24. καὶ τὸ *. Lacunam hic habent W. et uterque cod. Suppleri potest ex Acropolita φρούριον τὰς Κρόας. Vid. Notas.

visendae sponsae, tum confirmandorum sponsalium causa venisset. Quibus peractis, sponsa ibidem apud suos relicta, cum filio Nicephoro Theodora Michaëlis coniux domum rediit, fide accepta, fore ut anno sequenti nuptiae celebrarentur. (II.) Sed paulo post Michaël iterum rupto foedere limites suos transgressus, Occidentales urbes quae Imperatoribus Romanis parebant, infestavit: ut nisi Imperator Ioannes ipse illi bellum inferret, periculum esset, ne omnes illae urbes a Michaële occuparentur. Vere igitur appetente Imperator, exercitu maximo coacto, contra rebellem Michaëlem proficiscitur. Fama vero sparsa et praecurrente, occidentales Romanorum urbes confirmatae animum et audaciam receperunt: Michaëlis vero res dilabebantur et pessum ibant. Imperator autem tum Thessalonicam et Macedoniam attigisset, pleraeque urbes occidentales, quas Angeli Michaëlis incursio concusserat et ad breve tempus interceperat, facile recuperavit, ut Castoriam, Prespam, aliasque praeterea non paucas. Unde summo timore perculsus Michaël, missis ad Imperatorem legatis, pristinum foedus renovat, et praeter alia castella Prillapum etiam et Belesum et * re-

A. C. 1222 ad 1254 Imp. Ioann. Ducae.

μέντοι ὁ βασιλεὺς ἑκατέρους τῷ δεσποτικῷ ἀξιώματι διὰ τὰς τοῦ κήδους μνηστείας, τόν τε Μιχαὴλ καὶ τὸν αὐτοῦ γε υἱὸν Νικηφόρον, ἵνα μηδὲν μεταξὺ ἀνακύπτῃ ἀμφίδοξον, ὁπόσα ψυχάς τε ταράττει καὶ κυκεῶνας ἐγείρει πραγμάτων. ἀλλὰ γὰρ οὕτω τὰ ἐκεῖσε καταστησάμενος ὁ βασιλεὺς ἐπανόδου ἥπτετο, μὴ βουλόμενος ἐκεῖσε B τὴν χειμέριον ὥραν διαβιβάζειν. ἦν γὰρ κατὰ τὰς Ἀρκτούρου ἐπιτολὰς ὁ καιρός. V. 25 (Γ.) Ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν Φιλίππων γενόμενος ἡμέρας ἐκεῖσε συχνὰς διατέτριφε, διαβολαί τινες ἀνεφύησαν κατὰ C τοῦ Κομνηνοῦ Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, ὅτι βασιλείας ἐφίεται. καὶ ἤγοντο οἵ τε πρώτως τὰ τοιαῦτα διαψιθυρίσαντες φίλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ τοὺς κατ' αὐτοῦ ἐλέγχους ἑτέρωθεν προὔτεινον. ἀλλ' ἀνίσχυρα τὰ τῶν ἐλέγχων ἐδόκει καὶ ψευδεῖς αἱ διαβολαί, εἴτε καὶ τῇ ἀληθείᾳ ψευδῶν οὐσῶν, εἴτε καὶ τοῦ καιροῦ σχεδιάσαντος οὑτωσί. ὅμως ἔδοξεν ὅρκοις αὐτὸν βεβαιώσαντα ὅτι τε ψευδεῖς αἱ διαβολαί, καὶ ὅτι οὐ μήποτε βουληθείη βασιλείᾳ ἐπιχειρῆσαι, ἐλεύθερόν τε εἶναι τοῦ λοιποῦ τῆς ἐντεῦθεν καταδίκης D καὶ ὑποψίας ἁπάσης μένειν ὡς ποῤῥωτάτω, καὶ πρός γε ἔτι τῆς προτέρας ἐφ' ὁμοίου τοῦ σχήματος ἀπολαύειν τιμῆς. καὶ γέγονε τοῦτο. ἐκεῖθεν μέντοι ἀπάρας ὁ βασιλεύς, αὐτὸς μὲν ἀπῄει διαπεραιωσόμενος τὸν Ἑλλήσποντον· τὸν δὲ στρατὸν διαφῆκεν ἀπιέναι περὶ τὰ οἴκοι διαχειμάσοντας. (Δ.) Πρὸς δὲ τὴν ἕω διαβάντι τῷ βασιλεῖ καὶ περὶ τὴν Νίκαιαν διατρίβοντι νόσος ἐνσκήπτει δεινή· οὐκ οἶδ' εἴτε φρενῖτιν χρὴ προσειπεῖν, E εἴτ' ἐπιληψίαν. ἐς γὰρ καρηβαρίαν τινὰ καὶ νάρκωσιν ἐπεπτώ-

11. κατ' αὐτοῦ] κατ' αὐτῶν A. 15. βουληθῇ A.

stituit. Imperator contra et patri Michaëli et filio eius Nicephoro, propter affinitatis necessitudinem, Despotarum honorem concessit: ne qua diffidentia intercederet, quae animos solicitare, et negotiorum turbas excitare posset. Rebus autem ibi sic ordinatis, reditum parat, quod ibi hybernare nolebat. Instabat enim tum Arcturi exortus. (III.) Cum vero Philippos pervenisset et complures illic dies mansisset, criminationes quaedam contra Michaëlem Comnenum Palaeologum subortae sunt, eum regnum affectare. Producebantur ii qui primi illud susurrarant, amici eius: et ii qui indicia adversus ipsum aliunde afferebant. Sed et haec infirma, falsaeque criminationes visae sunt, sive reipsa essent falsae, sive ita casus temere persuasit. Placuit tamen, eum iureiurando affirmare falsa esse ea crimina, nec se unquam regnum affectaturum; ac deinceps eum poena liberari, et ab omni suspicione quam remotissimum in pristinum dignitatis gradum restitui. Id vero factum est. Imperator autem motis inde castris, ipse quidem Hellespontum traiecturus abiit: exercitum vero domum in hyberna dimisit. (IV.) Quum vero Imperator in Orientem traiecisset, et apud Nicaeam versaretur, atroci morbo est correptus, qui haud scio phrenitis an epilepsia sit appellandus. Nam gravitate et stupore

A. M. 6730 ad 6763 Imp. Ioann. Ducae.

κει τοῦ ἡγεμονικοῦ, ὁποῖον καὶ οἱ τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον οὐχ ὑγιῶς διακείμενοι πάσχουσιν ἐν ταῖς τῶν οὐρανίων φωστήρων συνόδοις, τοῦ περιέχοντος ὑγροτέρου τε ἅμα καὶ ψυχροτέρου τηνικαῦτα καθισταμένου καὶ ἴλιγγον σφίσιν ἐπάγοντος ἐγκεφάλου, ἀδυνάτως ἔχουσι δέχεσθαι τὰς τοιαύτας τροπὰς καὶ μεταβολάς. ἄφωνος δὲ καὶ πλὴν τοῦ ἀναπνεῖν νεκρὸς ἐπὶ τρεῖς ὅλας δια-
F τελέσας ἡμέρας, ἀναφέρειν ἔδοξεν αὖθις καὶ τοῦ νοσήματος ἀπαλλάττεσθαι. πλὴν οὐκ ἐς τέλος ἐξοστρακίζειν ἰατρῶν ἐπίνοιαι τὸ πάθος δεδύνηνται· ἀλλ' ὥσπερ ἐμπεφώλευκεν ἐξ ἐκείνου καὶ ἕδραν τινὰ δυσαπόσπαστον ἔσχε· καὶ ἦν τοῦ λοιποῦ νῦν μὲν πάσχων, νῦν δ' ὑγιαίνειν δοκῶν. κατὰ γὰρ ἡμερῶν διαστήματα, νῦν μὲν πλείω, νῦν δ' ἥττω, νῦν μὲν ὑπεχώρει, νῦν δ' αὖθις ἐπεχωρίαζε τὸ δεινόν· καὶ νῦν μὲν ἐν οἴκοις διατρίβοντι, νῦν δ'
P. 30 ἐν ὁδοῖς, προσδοκίας οὐ προηγησαμένης οὐδεμιᾶς, ἐξαίφνης ἐπῄει· καὶ πολλάκις τοῦ ἵππου πεσεῖν διακινδυνεύσαντα δεξάμενοι φοράδην ἐς τὸ ἀρχεῖον ἐκόμισαν. καὶ ἦν τῇ κεφαλῇ τὸ πάθος πολέμιον ὅλον ἐνιαυτὸν, λάθρα καὶ κατὰ μικρὸν ἐς αὔξησιν προβαῖνον ἀεί· ἕως πολλῷ κραταιότερον πάσης ἰατρικῆς ἐπιστή-
A. C. 1255 Possino. μης γενόμενον ἐξ ἀνθρώπων ἐπεποιήκει γενέσθαι αὐτόν. ἐγένετο μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων ὁ βασιλεὺς, ταυτησὶ περιγενομένης
B τῆς νόσου, περὶ τὸ Νύμφαιον τότε ποιούμενος τὰς διατριβάς. ἐτάφη δὲ ἐν τῇ μονῇ τῶν Σωσάνδρων, ἣν αὐτὸς ἐδείματο. ἦνυε δὲ ἔτος, ὁπότε ἐτελεύτα, ἑξηκοστόν· ὁπότε δ' αὐτὸς τὰ τῆς αὐτοκρατορίας ἐνεκεχείριστο σκῆπτρα, ἕβδομον ἤδη καὶ εἰκοστόν· ὡς μόνα τὰ τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ γίνεσθαι ἔτη τρία

4. ἴλιγγος A.

mentis afficiebatur, ut iis qui e cerebro laborant, in coelestium siderum congressibus accidere solet, quo tempore aer circumfusus humidior est et frigidior adeoque cerebri vertiginem ipsis affert, tales conversiones et mutationes ferre nequeuntibus. Quum autem mutus, et respiratione excepta mortuus tres perpetuos dies iacuisset, ad se redire morboque levari visus est. Quem tamen ars medicorum non penitus ablegare potuit, quominus ex eo tempore in eo delitescere et firmam sedem fixisse videretur: ita ut deinceps alias affligeretur, alias valere videretur. Nam nunc plurium, nunc pauciorum dierum intervallo vel accedebat vel recedebat malum: nunc domi, nunc in via, nullo praecedente signo, subito eum invadebat, ut saepe ex equo delapsurus lectica in palatium referretur. Morbus is annum integrum caput eius infestavit, clam ac paulatim semper augescens: donec omni medicorum arte superata, e rebus humanis eum sustulit. Decessit autem ex eo morbo Imperator, cum circa Nymphaeum versaretur: ac sepultus est in Sosandrio, monasterio a se extructo, anno aetatis sexagesimo, septem et viginti natus annos cum Imperium suscepisset: ita ut anni ipsi,

καὶ τριάκοντα· ὁπόσα δὴ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας διάδοχος ἤνυε Θεόδωρος. ὁμοῦ τε γὰρ αὐτὸς ἐξ ὠδίνων εἰς φῶς προήγετο μητρικῶν καὶ ὁμοῦ τὰ τῆς αὐτοκρατορίας σκῆπτρα ὁ πατὴρ ἄρτι ἐδέδεκτο.

A. C. 1222 ad 1254 Imp. Ioann. Ducae.

quibus Imperator fuit, tres ac triginta fuerint; quot annos et filius eius ac successor Imperii Theodorus impleverat. Nam is eodem tempore, quo pater summa rerum potitus est, e sinu matris in lucem prodiit.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ
## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
### ΛΟΓΟΣ Γ.

# NICEPHORI GREGORAE
## BYZANTINAE HISTORIAE
### LIBER TERTIUS.

### ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Βασιλεία Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι τοῦ νέου. Περὶ τοῦ πατριάρχου Ἀρσενίου καὶ τῆς βασιλέως χρίσεως. Περὶ τῆς κατὰ τοῦ Βουλγάρου καὶ Θετταλοῦ ἐκστρατείας. Περὶ τῆς εἰς τοὺς Τούρκους φυγῆς τοῦ Παλαιολόγου. Περὶ Κωνσταντίνου τοῦ Τοίχου τοῦ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντος. Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι τοῦ νέου. Περὶ τοῦ Μουζάλωνος τοῦ ἐπιτρόπου τοῦ παιδὸς τοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν γενομένων ἑτέρων αὖθις ὅρκων ἕνεκα τοῦ παιδὸς τοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν ἀφορμῶν καὶ αἰτίων τῆς βασιλείας τοῦ Παλαιολόγου. Περὶ τοῦ Παλαιολόγου Μιχαὴλ, ὅπως ἐδέξατο τὸ δεσποτικὸν ἀξίωμα. Περὶ τῶν Θετταλικῶν πολέμων.

### ARGUMENTUM BOIVINI.

*Theodorus Lascaris patri succedit. Cur vivo patre imperator non designatus. Totius populi suffragiis creatur. Mortuo Germano, de patriarcha eligendo deliberatur. Nicephorus Blemmydes omnium dignissimus. Oblatum honorem recusat. Arsenius eligitur. Eius elogium. Princeps electionem ratam habet. A novo patriarcha inungitur. Bulgarus et Thessalus in Thraciam irrumpunt. Imperator foedus cum Turcis renovat. Hellespontum traiicit cum magno exercitu. Venationis ministri in militum numerum relati. Bulgarus viribus Romanis impar ablata restituit et pacem impetrat. Bellum in Thessaliam transfertur. Theodora Michaëlis uxor imperatori occurrit. Reconciliata gratia, Mariam filii sui sponsam secum abducit (Cap. 1). Michael Palaeologus, Nicaeae praefectus, ad Turcos fugit. Fugae causa. Iconii Sultanus eum legioni Romanae praeficit. Scythis opponit. Sultani cognatus ad hostes transit. Turci vincuntur. Palaeologus rogatu Imperatoris in aulam redit. Iusiurandum praestat. Conostauli dignitatem recipit. Res Bulgaricae. Asanis obitus. Eius successor Mytses, mollis et ignavus. Constantinus Toechus regni sedem obsidet. Mytzes in Asiam fugit. Mesembriam imperatori tradit. Annuos reditus et praedia ab eo obtinet. Toechus per legatos Theodoram, imperatoris filiam, uxorem ambit. Voti compos, priorem coniugem repudiat et fidei obsidem dat. Imperator aegrotus. Monasticum habitum paulo ante mortem induit. Peccata expiat. Moritur (2). Georgius Muzalo, homo novus, ut in aulam irrepserit. Theodoro iuniori pergratus. Protovestiarii dignitate ornatur. Uxorem ducit*

*cognatam imperatoria. Cum patriarcha Arsenio tutor testamento datur Ioanni Lascari. Imperatoris filiae quatuor. Filius unicus. Iusiurandum pupillo et tutori bis praestitum. Nobiles aegre ferunt praelatum sibi Muzalonem. Qui proceres convocat. Tutela et rerum administratione vult se abdicare. Prohibetur. Novum iusiurandum exigit. Nobilium invidia. Tumultus in exercitu. Novendiale sacrum. Muzalonis duorumque eius fratrum caedes in templo perpetrata. Mulierum, sacerdotum, aliorumque trepidatio. Arsenius patriarcha anxius et consilii inops. Vir simplex et sanctus, administrandae reipublicae minime aptus. Inita cum nobilibus deliberatione male omnino saluti pupilli consulit* (3). *Michaël Palaeologus ob eximias corporis et animi dotes omnibus gratus. Variis praesagiis imperio destinatur. Generis nobilitas. Avi et patris dignitates. Fisci claves a patriarcha accipit. Largitionibus animos nobilium sibi mancipat. Item militum et concionatorum. His auctoribus ipso patriarcha assentiente imperii administrationem suscipit, donec heres legitimus adolescat. Despotae titulo ornatur* (4). *Michaël Angelus Macedoniam et Thraciam statuit invadere. Exercitum cogit. Socios sibi asciscit generos suos, Peloponnesi principem et Manfredum Siciliae regem. Hi provincias nondum subactas sorte dividunt. Ioannes Sebastocrator, Michaëlis Palaeologi frater, illis opponitur. Viros principes secum ducit. Thraciae et Macedoniae legiones suis adiungit. Proxime hostem castrametatur. Hostes Bellegradum obsident. Viribus suis nimium confidunt. Romanum exercitum contemnunt, militum numero imparem, sed divina ope subnixum. Michaël Angelus per transfugam decipitur. Proditum se a sociis putat. Eos noctu deserit. Socii, cognito Michaëlis discessu, ipsi se proditos putant. Turbati et trepidantes a Romanis caeduntur. Princeps Peloponnesi capitur. Rex Siciliae cum paucis fuga elabitur* (5).

---

A. M. 6763 ad 6767 A. C. 1254 ad 1258 Imp. Theod. Lascaris II.

α΄. Ἐπεὶ δὲ κατὰ κλῆρον πατρικὸν τῆς βασιλείας διάδοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Θεόδωρος ἔμελλεν εἶναι ὁ Λάσκαρις, παρὰ δὲ τοῦ πατρὸς ἔτι ζῶντος οὐκ ἀνηγόρευτο βασιλεύς, ἀνηγορεύετο* ἤδη θανόντος ἐκείνου κοινῇ συνδρομῇ τοῦ τε στρατοῦ παντὸς καὶ ὁπόσοι τῶν ἐνδόξων ἦσαν καὶ εὐγενῶν. τὸ μὲν γὰρ ὅτι τὴν βασιλείαν οὐδενὶ τῶν πάντων ἑτέρῳ πλὴν ἢ τῷ υἱῷ καταλιμπάνειν ὁ Ἰωάννης ἐβούλετο, παντί που δῆλον, ὅτι τε πατὴρ ἦν πάνυ φιλόπαις καὶ ὅτι οὐδ' ἄλλῳ οὐδενὶ καταλέλοιπε ταύτην. τὸ δὲ ζῶν ἔτι βασιλέα ἀναγορεύειν αὐτὸν, ἐν ἀδήλῳ κειμένης ἔτι τῆς τῶν ὑπηκόων ἑκουσίου γνώμης καὶ προαιρέσεως, τοῦτο δ' οὐ πάνυ ἐβούλετο. πολλὰ γάρ φησι νεωτερίζειν οἶδεν ὁ χρόνος, ὁπότε μὴ κα-

* A. C. 1255 Possino. V. 26 P. 31

3. ἀνηγόρευτο W. in mg. pro ἀνηγορεύετο.

1. Cum autem Imperium iure hereditario ad filium eius Theodorum Lascarim rediturum esset, quia is a patre vivente non appellatus fuerat Imperator, eodem defuncto, communi concursu totius exercitus nobiliumque omnium ac procerum Imperator est salutatus. Constabat enim Ioannem utique nemini omnium nisi filio Imperium relinquere voluisse: quod et pater fuerat pius in liberos, et nemini alteri id reliquerat. Sed obscuris adhuc subditorum voluntatibus, an id iis lubentibus ac approbantibus futurum esset, vivens eum designare nullo modo voluerat. „Etenim," inquie-

A. M. 6763 ad 6767 Imp. Theod. Lascaris II.

τὰ λόγον εὕροι τὸν ἑκάστῳ προσήκοντα τὴν τῶν πραγμάτων γινομένην κατάστασιν. ἡ γὰρ νεότης ὀξύῤῥοπόν τι καὶ αὔθαδες οἴκοθεν οὖσα ἀλόγως ἄττει πρὸς πάνθ᾽ ὅσα τὸ βουλόμενον εἰσηγεῖται. ἂν δὲ καὶ βασιλικὴν ἐλπίδα καὶ φήμην προσλάβηται, δι᾽ ἣν καὶ δῆμος ἕπεται μειρακίων τρυφώντων καὶ πάσης ἀτόπου γλώσσης τὰς ἀκοὰς ἐμπιπλώντων, ὅμοιον γίνεται τηνικαῦτα, B ὥσπερ ἂν εἴ τις μεθύων ἄνθρωπος καὶ πάντα παράφορα φέρων τε καὶ δεικνὺς, ὁπόσα περὶ λογισμὸν καὶ διάνοιαν καὶ ὁπόσα τὰκ κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν, ἔπειτα μεγάλης οἴακας ὁλκάδος ἄγειν ἔμελλε χειροτονεῖσθαι, οὔτε τῶν χειροτονούντων ὀρθῶς κρινόντων, οὔτε τοῦ τὴν χειροτονίαν ἀνειλημμένου οὔτ᾽ ἐς ὅ,τι φέροιτο, οὔθ᾽ ὅ,τι πράττειν χρεὼν εἰδότος. διὰ μὲν οὖν ἕν γέ τι τοῦτο βασιλέα χειροτονεῖν τὸν υἱὸν ζῶν αὐτὸς ἔτι οὐκ ἔκρινε δεῖν, C τῇ τε τῆς ἐλπίδος ἀναιρέσει κολάζων τὸ τῆς νεότητος ἄστατον, καὶ ὅτι πολλοὶ διὰ μικροψυχίαν ἐπιθυμίᾳ τῇ τοῦ κλήρου τῇ τῶν πατέρων ἠχθέσθησαν μακροβιότητι· κἄπειτα μὴ περιμείναντες τὸ χρεὼν ἐξέτεμόν τε τῆς πατρικῆς ζωῆς μεταξὺ τὸν δρόμον καὶ τοῦ παρόντος φθάσαντες ἀπήλλαξαν βίου. καὶ τῶν δήμων δ᾽ οἱ πλείους πολλάκις μὴ καθ᾽ ἑκούσιον γνώμην τὸν εἰς τὸ ἄρχειν ἐληλυθότα προκρίναντες τύραννόν τε αὐτὸν ὠνόμα- D σαν· καὶ μέντοι καὶ ἐς φθόνους καὶ ὕβρεις ὑπ᾽ ὀδόντα καὶ λα-
V. 27 θραίας τὰ πρῶτα ἐχώρησαν· εἶτα καὶ εἰς ἐπιβουλὰς καὶ φόνους τὸ τελευταῖον ἐξώκειλαν. (B.) Διὰ μὲν δὴ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα οὐκ ἀνηγορεύετο βασιλεὺς ὁ Θεόδωρος, περιόντος ἔτι τοῦ

17. μεταξὺ add. A.

bat, „tempus multa novare solet, cum res eo statu esse reperiuntur, qui minime unicuique convenit. Nam adolescentia suapte natura mobilis et contumax, temere ad omnia fertur quae concupiverit. Quod si spem ac nomen Imperii praeterea acceperit, cuius causa affluit magnus numerus adolescentium delicatorum, quolibet sermone inepto aures opplentium, idem accidit ac si homo ebrius, qui tum iudicio ac mente, tum corpore ipso a capite usque ad calcem omnino deliret, ad magnae navis gubernacula deligendus proponatur, cum nec ii qui eligunt, recte iudicent, nec is qui eligitur, quorsum feratur quidve agendum sit intelligat." Hanc igitur unam ob causam ipse, dum adhuc in vivis esset, filium esse designandum haud censuit: tum ut spe adempta, adolescentiae levitatem coerceret: tum quod multi adeo pusillis essent animis, ut hereditatis cupiditate longiorem patrum vitam moleste ferrent, nec expectato fato cursum illius abrumperent, eosque ex hac vita ante tempus exigerent. Adde quod populus plerumque eum qui ad Imperium pervenit, si non ipse sua sponte elegerit, Tyrannum vocat; ac primum quidem invidia et obscuris obtrectationibus eum aggreditur; deinde ad insidias, et ad caedem tandem prorumpit. (II.) His igitur et id genus aliis de causis Theodorus patre superstite non fuerat Imperator appellatus. Post eius obitum autem totius po-

πατρός· ἀνηγορεύετο δ' ὕστερον παρ' ἑκόντων τῶν ὑπηκόων A. C. 1254
ἁπάντων καθεσθεὶς ἐπ' ἀσπίδος, κατὰ τὸ ἐν τούτοις ἐπικρα- ad
τοῦν ἔθος. ἔδει δ' αὐτὸν καὶ διὰ πατριαρχικῆς χειρὸς τὸ βασιλι- 1258
κὸν ἀναδήσασθαι στέφος. ἀλλ' ἦν τηνικαῦτα ὁ πατριαρχικὸς Imp. Theod. Lascaris II.
θρόνος ὠρφανισμένος τοῦ διϊθύνοντος, ἐπεὶ πρὸ βραχέος ἔφθη E
γενόμενος ἐξ ἀνθρώπων ὁ πατριάρχης Γερμανός, ἀνὴρ συνε-
τὸς καὶ ἀρετῇ καὶ λόγῳ τὸν βίον κοσμήσας. σκέμματα τοίνυν
καὶ λόγοι προὐτίθεντο περὶ τοῦ τῆς πατριαρχείας ἀναδεξομένου
τοὺς οἴακας. καὶ ἦσαν ἐπὶ γλώττης πολλοί τε τῶν ἐπιδόξων καὶ
ἄλλοι ἄλλοις. ἐν τοῖς πάντων δ' ἔκειτο στόμασι μᾶλλον ἁπάντων
ὁ σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ περιώνυμος Νικηφόρος ὁ Βλεμμύδης, ὃς ἐτύγ-
χανε παρὰ τὴν ἑαυτοῦ μονὴν ἀθόρυβον ποιούμενος τότε τὴν F
δίαιταν καὶ ἀσκήσει τραχείᾳ συντήκων τὸν βίον· οὗ γε μὴ δε-
ξαμένου προὐκρίθη τῶν ἄλλων ὁ μοναχὸς Ἀρσένιος, ὃς τηνι-
καῦτα τὸν ἀσκητικὸν ἤνυε δίαυλον περὶ ἕν τι τῶν ἀσκητηρίων,
ὃ κατὰ τοὺς τῆς Ἀπολλωνιάδος ἵδρυται χώρους, ἀνὴρ περιφα-
νὴς μὲν τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀρετήν, τὸν δὲ τρόπον ἁπλοῦς καὶ
μὴ πολλὰς ἐξελίττειν εἰδὼς τὰς λαβυρίνθους περὶ τὸν λογισμόν.
ἱερᾶται τοίνυν οὗτος καὶ πατριάρχης χειροτονεῖται κοινῇ τῶν τε P. 32
ἀρχιερέων γνώμῃ καὶ τοῦ βασιλέως τὰ μέγιστα συναινοῦντος καὶ
ἐπικυροῦντος, ὡς ἔθος, τὴν ἀρχιερατικὴν ψῆφον ἐκείνην. ἐπὶ τού-
τοις ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ πατριάρχου χρισθεὶς καὶ τὸ στέφος ἀνα-
δησάμενος πρὸς ἐκστρατείαν παρεσκευάζετο. (Γ.) Ἀκούσας γὰρ
ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐτεθνήκει, πρὸς ἀθέτη-
σιν ἔβλεψεν αὐτίκα τῶν μετ' ἐκείνου σπονδῶν, καὶ συνεχεῖς λοι-
πὸν ἐποιεῖτο τὰς ἐκδρομὰς κατὰ τῶν ἐν Θρᾴκῃ Ῥωμαϊκῶν πολι- B

17. καθ' ἑαυτὸν A., κατ' αὐτὸν W. 19. τε] τότε A.

puli suffragiis creatus est, in clypeo sedens, more in his usitato. Sed cum patriarchae manu coronandus esset, ac tum sedes vacaret, (nam Germanus, vir prudens et doctrina et probitate vitae insignis, non ita pridem decesserat) de successore eligendo deliberatum ac disputatum est. Ac multi in expectatione atque in ore erant, et alii aliis. Sed doctrina et virtute celebris Nicephorus Blemmydes omnium sermonibus caeteris praeferebatur: qui tum in monasterio suo quietam agens vitam, aspera victus et exercitationum ratione sese macerabat. Is cum delatum sibi honorem recusasset, caeteris praelatus est Arsenius monachus, qui in quodam monasterio iuxta Apolloniadem strenue sese exercebat, virtute privata illustris ille quidem, sed simplici vir ingenio, et qui animi solertia non posset multiplices ambages expedire. Hic itaque consecratur et patriarcha creatur communi pontificum sententia et suffragio, Imperatore maxime approbante et pontificium illud suffragium (uti moris est) confirmante. Quibus peractis, Imperator a patriarcha unctus et diademate ornatus expeditionem parat. (III.) Nam Bulgarorum princeps, ut primum Imperatoris mortem audierat, foederis, quod cum illo fecerat, rumpendi consilia agitans, Romanae ditionis oppidula in

A. M. 6763 ad 6767 Imp. Theod. Lascaris II.

χνίων, ὡς καὶ οὐκ ὀλίγα τῶν περί γε Ῥοδόπην τὸ ὄρος ποιήσασθαι ὑποχείρια. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ ἀποστάτης περὶ Θετταλίαν ἐπεποιήκει Μιχαὴλ κατὰ τῶν ὁμορούντων αὐτῷ χώρων καὶ πόλεων, ὁπόσαι Ῥωμαίοις τηνικαῦτα ἦσαν ὑπήκοοι. ἀλλὰ γὰρ πρῶτον ὁ βασιλεὺς ἃς μετὰ τῶν Τούρκων ὁ πατὴρ ἐπεποιήκει σπονδάς, ταύτας ἤδη καὶ αὐτὸς ἀνανεούμενος ἐπεκύρωσεν, ἵν' εἴη φροντίδος ἁπάσης ἐκτὸς τῶν ἑῴων χάριν πραγμάτων. εἶτα διέ-
C βαινε τὸν Ἑλλήσποντον ἐν τούτῳ τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ καὶ πλειάδες ἄρχονται ἐπιτέλλειν. ἐπήγετο δὲ καὶ στρατιὰν πολλῷ τῷ μέτρῳ τὴν τοῦ πατρὸς ὑπερβαίνουσαν. οὐ γὰρ μόνον ἐξ ὧν ἔδει συνεκρότει στρατόν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι περὶ τὴν τῶν κυνηγεσίων ὑπηρεσίαν ἐσχόλαζον, πάντας κυνῶν καὶ ὀρνέων ἀπαλλάξας στρατείᾳ συνέλεξεν. (Δ.) Ἐπεὶ δ' ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων τὴν τοῦ
D βασιλέως ἠκηκόει βαρεῖαν ἔφοδον, φόβοις ἤδη μεγάλοις τὴν καρδίαν σπαράττεσθαι ἤρχετο συχνούς τε καὶ ἄλλοτε ἄλλους ἀνεκύκλει τοὺς λογισμούς. ἐπεὶ δὲ καὶ πολέμῳ τὴν τῶν πραγμάτων διδόναι κρίσιν ἄπορον ἦν αὐτῷ καὶ σφόδρα τῶν ἀδυνάτων, τοῦτο μέν, ὅτι στρατὸς ἀντίῤῥοπος οὐκ ἦν αὐτῷ, οὐδ' ἱκανὸς ἀντιπαρατάξασθαι πολεμίων τοσούτῳ πλήθει καὶ ἅμα βαρείᾳ καὶ λαμπρᾷ καταπεφραγμένῳ τῇ ὁπλίσει, τοῦτο δ' ὅτι καὶ βασιλέα ἑώρα νέον καὶ λαμπραῖς ταῖς φιλοτιμίαις ἀνθοῦντα καὶ τελε-
E σιουργοῖς ταῖς ὁρμαῖς χρώμενον ἐς τὰ πράγματα, ἔγνω τὸ συνοῖσον ὀψὲ καὶ τὰς προτέρας ἀνεκαλεῖτο σπονδάς. ἦν γὰρ ἐν ἐλπίσιν αὐτῷ ῥᾷστα τυχεῖν τῆς βασιλικῆς εὐμενείας, ὅτι γαμβρὸς ἦν ἐπ' ἀδελφῇ τούτῳ ὁ βασιλεύς· καὶ ἅμα ᾔδει ὡς καὶ ἡ ἐκ

9. ἐπήγετο δὲ καὶ A., ἐπηγάγετο δὲ W.

Thracia continentibus incursionibus ita vexabat, ut non paucis ad montem Rhodopen sitis potiretur. Idem et foedifragus Michaël in Thessalia fecerat adversus finitimas sibi provincias et civitates, quaecunque in Romana ditione tunc erant. Enimvero Imperator foedus quod pater cum Turcis percusserat, primo renovat et confirmat, ut orientalium negotiorum ratione, omnis sollicitudinis esset expers. Deinde sub Pleiadum exortum Hellespontum traiicit, exercitum paterno longe maiorem secum adducens. Nec enim eos tantum qui militiae destinati erant, sed venationis etiam ministros, relictis canibus et avibus, militare omnes iussit. (IV.) Caeterum Bulgarorum princeps, tanto Imperatoris apparatu audito, gravi terrore percelli coepit, et variis subinde cogitationibus aestuavit. Cum autem armis decernere nullo modo posset, tum quod exercitum non haberet hostili parem, quem posset opponere tantae bellatorum multitudini, gravi et splendida armatura instructae: tum quod Imperatorem aetate florentem gloriae studio flagrare et destinata strenue atque alacriter exequi cerneret: tandem quid e re sua esset animadvertit, et pristinum foedus renovari postulavit. Sperabat videlicet Imperatorem facile sibi reconciliatum iri, quod is sororem suam in matrimonio haberet. Sciebat praeterea famam venisse ex

Θετταλίας φήμη τοῦ ἀποστάτου Μιχαὴλ βιαίως αὐτὸν ἀνθέλκουσα ἵστατο, τὰ ἐκεῖσε τὴν ταχίστην ἀπελθόντα καταστήσασθαι, πρὶν ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι πάντα τῷ Μιχαήλ. ἦν γὰρ οὐ μικρὸν οὐδὲ τοῦτο, δυνηθῆναι πεῖσαι σπείσασθαι αὐτῷ. καὶ μέντοι καὶ πρέσβεις ἀποστείλας ἐς βασιλέα ῥᾶον ἢ κατὰ τὰς ἐλπίδας ἔτυχε τῶν σπονδῶν, ἀποδοὺς πάνθ' ὅσα μετὰ τὴν παρασπόνδησιν εἷλε Ῥωμαίων ὑποτελῆ φρούρια. (E.) Καὶ ἵνα μὴ διατρίβωμεν, ἄρτι τοῦ ἡλίου περὶ τροπὰς τυγχάνοντος φθινοπωρινὰς, ἀναλαβὼν τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατεύματα εὐθὺ Θετταλίας ὁ βασιλεὺς ἐπορεύετο. ἀλλὰ γὰρ οὔπω Μακεδονία τὰ βασιλικὰ στρατόπεδα ὑπεδέχετο καὶ Θεοδώρα ἡ τοῦ ἀποστάτου Μιχαὴλ γυνὴ ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν ἐκτελέσουσά τε τοὺς γάμους τοῦ τε υἱοῦ Νικηφόρου καὶ Μαρίας τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς, καὶ ἀποδώσουσα ὅσα παρεξιὼν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐν λείας τρόπῳ ὑπηγάγετο μέρη τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας. καὶ ἦν ταῦτα μετὰ μικρὸν ῥᾳδίως τῷ βασιλεῖ τελεσθέντα καὶ ἡ Θεοδώρα ἀπῄει πρὸς τὸν ἄνδρα Μιχαὴλ καὶ Μαρίαν ἤδη μεθ' ἑαυτῆς ἐπαγομένη τὴν ἐπὶ τῷ υἱῷ νύμφην.

A. C. 1254 ad 1258 Imp. Theod. Lascaris II. V. 28 F P. 33

β'. Ἐν τούτοις δ' ἀσχολουμένῳ τῷ βασιλεῖ γράμματα ἐφοίτα παρὰ τῶν Νικαέων τὴν τοῦ Παλαιολόγου Μιχαὴλ ἐς τοὺς Τούρκους φυγὴν ἀπαγγέλλοντα. αὐτῷ γὰρ ἐξιὼν τὴν τῶν Νικαέων ἡγεμονίαν ἐπέτρεψεν, ἕως ἂν ἐκ τῶν ἑσπερίων αὖθις ἐπανέλθῃ πρὸς ἕω. ὃ δὴ καὶ οὐ μετρίως τὸν βασιλέα λελύπηκε καὶ εἰς ταραχὴν ἐνέβαλε λογισμῶν. ἡ δὲ πρόφασις τῆς φυγῆς τοιάδε

A. C. 1256 Possino. B

17. πρὸς] παρὰ A.

Thessalia de foedifrago Michaële, quae Imperatorem per vim abstraheret, cogeretque illuc celerrime proficisci ad res suas stabiliendas, antequam Michaël omnia sibi subiecisset; quae res vel inprimis ad impetrandam pacem adiumento sibi futura esset. Igitur legatis ad Imperatorem missis, spe facilius pacem impetravit, restitutis omnibus castellis, quae post violatum foedus Romanis interceperat. (V.) Ac ne diutius morer, sub autumnale aequinoctium Imperator cum Romanis legionibus recta in Thessaliam contendit. Sed priusquam Macedonia Imperatoris copias excepisset, Theodora Michaëlis foedifragi uxor ei occurrit, tum ut nuptias Nicephori filii sui et Mariae filiae Imperatoris conficeret: tum ut quae maritus longius progrediendo Romanae ditioni per latrocinium quoddam subtraxerat, restitueret. Quibus rebus paulo post facile ab Imperatore confectis, Theodora ad maritum Michaëlem revertitur, filii sponsa Maria secum adducta.

2. Imperatori his rebus occupato literae Nicaea redduntur, quae Palaeologi ad Turcos fugam significarent. Ei enim abiens Nicaenam praefecturam, dum ex Occidente in Orientem rediret, mandarat. Quae res Imperatorem non mediocriter contristavit, et subito cogitationum aestu perturbavit. Fugae vero praetextus hic ferebatur. Cum videret magnam in-

A. M. 6763 ad 6767 Imp. Theod. Lascaris II. τις ἐλέγετο. ὁρῶν, φησὶ, κορυφούμενον πολὺν πολλαχόθεν τὸν
φθόνον καὶ λόγους φθόνου μεστοὺς λάθρα τὴν ἀκοὴν αὐτοῦ
περικλύζοντας καὶ κολάσεις κατ' αὐτοῦ πρὸς τοῦ βασιλέως με-
λετωμένας καὶ ψιθυριζομένας, οἵας ἄν τις ἐχθροῖς ἀλλοφύλοις
C ἐπαράσαιτο, μένειν ὅλως ἐφ' ἡσυχίας οὐκ εἶχεν· ἀλλ' ἄναντα
καὶ κάταντα φερόμενος μεστὸς ἦν λογισμῶν πολεμίων, τὴν ψυ-
χὴν ὥσπερ αἰχμάλωτον ἀγόντων τε καὶ φερόντων καὶ ἀγεννῶς
D σπαραττόντων. ἐδεδίει γὰρ τὸ τοῦ βασιλέως πρὸς τὰς τιμωρίας
ἀπότομόν τε καὶ ἀπηνὲς καὶ ὀξύῤῥοπον, καὶ ἥμερον οὐδὲν οὐδὲ
συμπαθὲς ἐνενόει πρὸς τοῦ βασιλέως αὐτῷ γενησόμενον· ἐπεὶ καὶ
μεγάλας διαβολὰς καὶ ἐς ὕψος κορυφωθείσας μακρὸν, ἃς οἱ φθο-
νοῦντες κατ' αὐτοῦ συνεκύκησαν καὶ τὰς τοῦ βασιλέως ἀκοὰς ἐμ-
πεπλήκασιν, οὐ ῥᾴδιον ἔβλεπεν αὐτῷ ἀπολύεσθαι ἐν βραχεῖ. ταύ-
τῃ τοι καὶ ἀπογνοὺς, φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεσθαι βέλτιον
V. 29 πάσης ἐτίθει βουλῆς. (B.) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπιὼν παρὰ τὸ Ἰκόνιον
εὗρε τηνικαῦτα τὸν Σουλτὰν πάσῃ σπουδῇ τὰς ἑαυτοῦ συγκρο-
P. 34 τοῦντα δυνάμεις, ἵν' ἐπελαύνοντα κατὰ πλῆθος τὰ Σκυθικὰ
στρατεύματα δέξαιτο, ὥσπερ τι μέγιστον ἕρμαιον ἔδοξεν ἐκείνῳ
καὶ μάλα τοι καίριον. ἐπεὶ γὰρ ἦσαν ὑπ' αὐτῷ πάλαι δεδουλω-
μένοι Ῥωμαίων συχνοὶ, τούτους εἰς μοῖραν καταλέξας στρατοῦ
ὑπὸ στρατηγῷ τῷ Παλαιολόγῳ τάττεσθαι προσετετάχει, Ῥωμαϊ-
κὴν καὶ ξένην ἢ κατὰ τὴν ἐκείνων ἐγχώριον περικειμένους στολήν
τε καὶ ὅπλισιν, ἵνα τοῖς Σκύθαις κατάπληξις τὸ πρᾶγμα γένη-
B ται, λογισαμένοις χεῖρα συμμαχικὴν ἐκ Ῥωμαίων ἄρτι ἐληλυθέ-

1. ἐλέγετο A., ἐλογίζετο W. 22. Legendum οὐ, nisi ξένην ἢ idem sit atque ἄλλην ἤ. BOIV.

vidiam undecunque in se consurgere, et ad aures suas verba livoris plena clam manare, atque ab Imperatore parari et susurrari adversus se supplicia, quae barbaris hostibus imprecanda essent, negabat sibi ullo modo quieto esse licuisse, quo minus sursum deorsum huc atque illuc ferretur plenus infestis cogitationibus, animum tanquam captivum agentibus, rapientibus et indigne excruciantibus: timuisse Imperatoris in puniendo rigidam, atrocem et promptam severitatem, nec quicquam clementiae ac misericordiae sperare ab eo potuisse. Neque enim expeditum sibi fuisse magnas calumnias et supra modum exaggeratas, quas invidi sui conflavissent, ac Imperatoris auribus ingessissent, exiguo tempore refellere. Quare se desperatione coactum nihil prius habuisse, quam ut fuga salutem quaereret. (II.) Iconium profectus, Sultanum reperit suas copias summo studio cogentem adversus Scythas cum magno exercitu irruentes, eique maximi lucri instar peropportune advenit. Nam cum is Romanos complures pridem subactos penes se haberet, eos in unam legionem contractos Palaeologo parere iussit, Romanis et peregrinis armis et vestibus aliter quam illis locis usitatum erat ornatos, ut ea res Scythis terrori esset, qui crediturí essent,

A. C. 1254 ad 1258 Imp. Theod. Lascaris II.

ναι. ὃ δὴ καὶ ξυνέβη. φασὶ γὰρ τοὺς Σκύθας, ὁπότε ξυνῄεσαν εἰς χεῖρας τοῖς Τούρκοις, συστολήν τινα καὶ δέος οὐ μέτριον σχεῖν, ἀλλόκοτον ἐξαίφνης ἰδόντας στρατὸν κατ' αὐτῶν ἐπιόντα. καὶ τάχ' ἂν σὺν οὐδενὶ κόσμῳ φεύγοντες ᾤχοντο κατὰ νώτου λαβόντες διώκοντας, οὓς ἀπονητὶ χειρώσασθαι ἤλπισαν, εἰ μή τις τῶν τῷ Σουλτὰν κατὰ γένος προσηκόντων διά τινα προειληφυῖαν ἀπέχθειαν πολλὴν ἐπαγόμενος στρατιὰν ἑκὼν προσεῤῥύη τοῖς C Σκύθαις, ῥηγνυμένης ἤδη τῆς μάχης. τοῦτο γὰρ τὰ τῶν Τούρκων ῥᾷστα ἀνέτρεψε πράγματα, καὶ τὴν πλείονα χώραν αὐτῶν τῇ τῶν Σκυθῶν ὑπέθηκεν αἰχμῇ. (Γ.) Ἀλλ' οὔπω πολὺς παρ- A. C. 1257 Possino. εῤῥύη χρόνος καὶ γράμματα πολλῆς τῆς βασιλικῆς εὐμενείας μεστὰ καὶ πολλὴν ὑπισχνούμενα τὴν στοργὴν ᾔεσαν παρὰ βασιλέως, ἀνακαλούμενα τὸν Παλαιολόγον, ἔνορκον ἔχοντα τὴν ἀσφάλειαν ὧν ὑπισχνοῦντο. καὶ οὕτως ἡ Ῥωμαίων γῆ τὸν Πα- D λαιολόγον αὖθις ἐλάμβανεν, οὐ πρότερον μέντοι πρὶν ἢ καὶ αὐτὸν δοῦναι τὴν ἀσφάλειαν τῆς αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα πίστεως βεβαίαν δι' ὅρκων φρικωδεστάτων, ὥστε ἐμμένειν τοῖς ὅροις ἀεὶ τῆς ὑποταγῆς καὶ μὴ ζητεῖν ἐθέλειν ἑαυτῷ βασιλείαν ποτὲ καὶ ἐπανιέναι πρὸς τὰ πρότερον κατ' αὐτοῦ λαληθέντα καὶ βεβαιοῦν αὖθις διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἔργων τὴν ἤδη τεθνηκυῖαν ὑποψίαν, ἀλλὰ τηρεῖν καὶ διαβιβάζειν ὁμοίως ἀεὶ τὴν αὐτὴν εὔνοιαν E καὶ στοργὴν πρός τε αὐτὸν δὴ τὸν βασιλέα Θεόδωρον καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ γε υἱὸν Ἰωάννην καὶ τοὺς ἐφεξῆς διαδόχους τοῦ τε γένους αὐτῶν καὶ τῆς βασιλείας. καὶ μὲν δὴ ἐπὶ τούτοις αὖθις

22. αὐτὸν add. A.

Turcis recentia auxilia a Romanis missa: id quod accidit. Aiunt enim Scythas, ubi manum cum Turcis conseruissent, non parum cohorruisse ac trepidasse, peregrinum exercitum adversus se ingruentem derepente conspicatos, ac forsitan perturbata acie fugituros fuisse, ac terga daturos iis quos absque ullo negotio debellatum iri a se credidissent, nisi quidam Sultani cognatus, ob veterem simultatem, cum magnis copiis, ubi iam ad manus ventum esset, ultro se ad hostes contulisset. Quae res fortunas Turcorum facillime evertit, et maiorem partem ditionis eorum Scythicis armis subiecit. (III.) Non longum ex eo tempus effluxerat, cum Imperator literas dedit singularis benevolentiae plenas, amoremque et honorem plurimum pollicentes, per quas revocabatur Palaeologus, promissis iureiurando firmatis. Ita terra Romana Palaeologum recuperavit, non prius tamen quam ipse cautionem dedisset de fide Imperatori servanda, iuramentis maxime tremendis firmatam, promisissetque se intra obsequii fines semper mansurum, nec regnum affectaturum esse usquam, nec ad ea rediturum quae ante crimini data ipsi essent, neque deinceps quidquam facturum quod intermortuam suspicionem denuo confirmaret, sed conservaturum et propagaturum parem semper benevolentiam et amorem erga ipsum Imperatorem Theodorum et filium eius Ioannem, caeterosque tam familiae quam imperii successores. His igitur

A. M. 6763 ad 6767
Imp. Theod. Lascaris II.

dem et Crales venit, obsides adducens secum principum Triballorum filios, item Sphendosthlavi sororem ad pacem confirmandam. Cum qua non multo post quam in urbem perducta erat, furtim consuevit Michaël Cutrules, qui uxorem duxerat sororem Imperatoris, eaque mortua viduus tunc erat. Cum ea inquam iste consuevit principio clam, deinde eandem palam uxorem duxit. Et ut rem in pauca conferam, Crales foedere sancito et probe ita ut Imperator volebat firmato demum discedit, secumque Simonidem infantulam abducit, ipse quadragenarius, et socero quinque circiter annos natu maior.

10. Sequente anno aliqui Massagetae ex iis qui ultra Istrum habitant (Alani vulgo dicuntur) clandestinam legationem ad Imperatorem cum in Urbem rediret, mittunt: qui cum iam inde antiquitus Christiani essent, postea a Scythis per vim subacti, corporibus inviti serviebant: animis vero desiderio libertatis tabescebant, et impios abominabantur. Petunt igitur locum sufficientem ad habitandum amplius decem millibus hominum, qui si Imperatori placuisset cum omni familia migraturi essent; unaque strenuam operam se contra Turcos velle navare promittunt, qui auctis viribus totam Romanorum Asiam impune incursabant ac populabantur. Ea legatio

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. V. 104

τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ παρὰ τοσοῦτον ἐφάνη τὰ τῆς πρεσβείας καθ᾽ ἡδονὴν, παρόσον ἂν εἰ θεόθεν ἐτύγχανε κατιοῦσα καὶ τὰ κατὰ πάσης Ἀσίας μνηστευομένη τρόπαια. μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Φιλανθρωπηνοῦ συμβᾶσαν ἐκείνην σύγχυσιν πάντας ἔλεγεν ὑποπτεύειν Ῥωμαίους καὶ μηδένα νομίζειν ὀρθὴν πρὸς αὐτὸν διασώζειν ὑπόληψιν· διὸ καὶ συμμαχίας ὑπερορίους ὠνειροπόλει νυκτὸς καὶ C ἡμέρας, ὡς μὴ ὤφελεν. ἀποδοκιμαζομένων γὰρ ἁπάντων Ῥωμαίων, τὰ Ῥωμαίων ἐνόσησε πράγματα καὶ πρὸς ἐσχατιὰς κατηνέχθη κινδύνων, ὡς ἔμπροσθεν δηλωθήσεται. (B.) Τῆς μέντοι πρεσβείας οὕτως ἀσμένως δεχθείσης ἥκουσιν οἱ Μασσαγέται τέκνοις ἅμα καὶ γυναιξὶ χιλιάδες ὑπὲρ τὰς δέκα. ἐπεὶ δὲ ἔδει χρή- D ματα καὶ ἵππους καὶ ὅπλα τούτοις διδόναι, τὰ μὲν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ἐδίδοντο, τὰ δ᾽ ἐκ τῶν στρατιωτικῶν, τὰ δ᾽ ἐκ τῶν κοινῶν καὶ ἰδιωτικῶν. ἐντεῦθεν συχνοὶ καὶ ἄλλος ἐπ᾽ ἄλλῳ ἐξῄεσαν οἱ τὰς χώρας ἀργυρολογοῦντες· ηὖξον οἱ φορολόγοι τὰ τέλη· πᾶν ὅπλον καὶ πᾶς ἵππος ἠθροίζετο· ἠρευνῶντο κῶμαι, πόλεις, οἰκίαι τῶν μεγιστάνων, οἰκίαι τῶν ἐν στρατείαις κατειλεγμένων, ἀσκητήρια, δῆμοι, θέατρα, ἀγοραί, καὶ πάντες ἐδί- E δουν ἵππους καὶ χρήματα, ἄκοντές τε καὶ ὀλοφυρόμενοι, οὐκ εὐχὰς καὶ λόγους εὐφήμους, ἀλλὰ δάκρυα καὶ ἀρὰς παραπομποὺς ἐφοδίους τῷ νέῳ στρατῷ συνεκπέμποντες. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς Ἀσίαν διαβαίνουσιν ἐξ Εὐρώπης ἅμα τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ, αὐτοὶ μὲν P. 127 στρατοπεδεύουσι περὶ Μαγνησίαν· οἱ δὲ Τοῦρκοι τὰ πρῶτα περὶ τὰ ὄρη καὶ τὰς λόχμας ἀναχωροῦσι, τοῦτο δὴ τὸ σύνηθές σφισι ποιοῦντες, ἵν᾽ ἐκεῖθεν αὐτοὶ ταῖς δυσχωρίαις φρουρούμενοι τὰ

tam grata Imperatori fuit, quam si divinitus missa totius Asiae debellandae spem afferret. Nam post illum Philanthropeni tumultum omnes sibi Romanos suspectos esse dicebat, ut nullum recte erga se affectum esse existimaret. Quapropter externa foedera noctu atque interdiu somniabat: quod utinam non fecisset. Nam cum Romani omnes improbarentur, Romana res laborare coepit, et in extremum discrimen est adducta, ut post explicabitur. (II.) Caeterum legatione tam cupide accepta Massagetae amplius decies mille cum uxoribus et liberis adveniunt. Cum autem eis et pecunia et equi et arma danda essent, ea partim ex Imperatorio fisco dabantur, partim e militaribus, partim e publicis privatisque pecuniis. Hinc multi et post alios alii proficiscebantur, qui tributa e provinciis colligerent, eaque publicani augebant: omnia arma, omnes equi cogebantur: perquirebantur pagi, urbes, aedes procerum, aedes militum, monasteria, populi, theatra, fora: et omnes dabant equos et pecunias inviti et lamentantes, non votis et bonis ominibus, sed lacrymis et diris novum exercitum prosequentes. Ex Europa in Asiam cum Michaële Imperatore transgressi circa Magnesiam castra posuerunt. Turci vero initio, ut solent, in montes et saltus se receperunt, ut inde praesidiis locorum tuti copias horum quantae et quales essent specu-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τούτων ὁρῶσι στρατεύματα ὁπόσα τε καὶ οἷα τυγχάνοιεν καὶ εἰ κατὰ στρατηγικὴν ἐμπειρίαν στρατοπεδεύοιεν. ἴσασι γὰρ ὡς πολλὰ τῶν οὐκ ὄντων ἡ φήμη κομίζει ταῖς ἀκοαῖς ὑπὲρ τὸ προσῆκον τὰ πράγματα αὔξουσα· ὅθεν περιϊόντες ἐσκόπουν, εἴτε κατὰ τὴν B φήμην ἀνεπιχείρητα εἴη τὰ πρὸς αὐτούς, εἴτε χρὴ δόλοις καὶ λόχοις αὐτοὺς Περσικοῖς περιελθεῖν καὶ κατατροπώσασθαι. (Γ.) Ἐπεὶ δὲ ἴδοιεν τούτους ἀτάκτως ἐπὶ λείαν παρεξιόντας συχνά, καὶ γὰρ ἐληΐζοντο τὰ Ῥωμαίων αὐτοὶ μεῖζον ἢ κατ' ἐχθρὸν προφανῆ, παρακατίασι τῶν ὀρῶν οἱ μαχιμώτατοι μετὰ τῆς συνήθους σφῶν ἐς τὰ πολέμια τάξεως μικρὸν μὲν πρῶτον ἔπειτα C πλεῖον· καὶ ἀεὶ μείζονι καὶ θαῤῥαλεωτέρᾳ χρώμενοι τῇ ὁρμῇ τῆς ἐφόδου δῆλοι ἦσαν τὰ τοῦ βασιλέως κυκλώσοντες στρατόπεδα. ἀλλ' οὐκ ἐνέμειναν οὐδὲ τὴν πρώτην ἔφοδον τῶν βαρβάρων οἱ ἡμέτεροι, ἀλλ' ἄραντες ἐκεῖθεν ἐπὶ πόδα ἀνεχώρουν καταμικρόν, κατόπιν τῶν βαρβάρων ἰόντων κἀκ τῶν ἔγγιστα παραστρατοπεδευόντων. οὐ γὰρ ὡς εἶχον πλήθους ἑώρων τοὺς βαρβάρους οἱ ἡμέτεροι· ἀλλὰ ταὐτὸν ἐπεπόνθεσαν ὑπὸ δειλίας, οἷον οἱ με- D θύοντες ὑπὸ οἴνου, οἱ οὐ τὰ ὄντα κατὰ φύσιν ὁρῶσιν, ἀλλ' ἀνθ' ἑτέρων ἕτερα οἴονται βλέπειν ὑπὸ τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον πλείστης ὑγρότητος κυματουμένης τῆς ὄψεως καὶ οἱονεὶ κολυμβώσης ἐς τὰ φαινόμενα πλημμελῶς. τὰ γὰρ ἀδικίαν ἔχοντα προπορευομένην καὶ θράσος στρατόπεδα συγγενῆ φθορὰν αὐτόθεν καὶ κατάλυσιν ἐπιφέρονται· καὶ πρὶν τοὺς πολεμίους ἐπεισπεσεῖν, E αὐτοὶ πρότερον ὑπὸ δειλίας ἀνατρέπονται σφῶν αὐτῶν αὐτοὶ γινόμενοι πολέμιοι, τῆς δίκης ἄνωθεν κατὰ τὸ προσῆκον διδού-

12. κυκλώσαντες W.

larentur, scirentque an illi militarem in castris disciplinam observarent. Norant enim, famam multa quae haud essent nunciare, et in rebus augendis modum excedere. Itaque circumspiciebant, verumne esset quod ferebatur, non posse illos invadi: an vero dolis et insidiis Persicis circumveniendi et in fugam coniiciendi essent. (III.) Cum autem eos vidissent nullo ordine praedatum crebro exire, (Romanos enim agros magis populabantur, quam si aperti essent hostes) bellicosissimi Turcorum consueto ordine et disciplina militari de montibus descendunt, initio paululum, deinde longius, ac subinde maiore et confidentiore cum impetu: nec obscurum erat, eos castra Imperatoris circumdaturos. Verum nostri ne prima quidem hostium aggressione tolerata paulatim pedem referendo discesserunt, barbaris pone sequentibus, et castra in proximo constituentibus. Nostri enim quam multi essent barbari non videbant: sed idem illis ex metu accidebat quod ebriis qui non ea quae re ipsa sunt vident, sed pro aliis alia videre se putant, quia humore plurimo circa cerebrum collecto visus eorum turbidus existit, et ad res obiectas temere velut submersus fluctuat. Exercitus enim quos iniuria et audacia antecedit, ruinam sibi ipsis protinus et interitum asciscunt: et priusquam hostis irruat, ipsi sua timiditate evertuntur, ipsimet sibi hostes sunt,

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

σης τῶν πραττομένων τὰ τέλη. οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς κατορθῶσαί τι τοὺς ἀρὰς καὶ δάκρυα λαβόντας ἐφόδια πρὸς τὴν ἔξοδον. ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς τοὺς Μασσαγέτας φυγῇ χρησαμένους ἰδὼν καὶ μὴ δυνάμενος μετ' ὀλίγων ἀντιστρατεύεσθαι τοῖς βαρβάροις φέρων ἐμβέβληκεν ἑαυτὸν ἐς ἀσφαλέστατον φρούριον τὴν Μαγνησίαν τῆς συμφορᾶς τὸ τέλος ἀποσκοπῶν. οἱ δὲ Μασσαγέται κατῄεσαν ἄχρι τοῦ Ἑλ- F λησπόντου πάντα ληϊζόμενοι τὰ Χριστιανῶν κἀκεῖθεν ἐς Εὐρώπην V. 105 διαπεραιοῦνται· ὥσπερ ἂν εἰ διὰ μόνον τουτὶ προσεκλήθησαν ἐκ Σκυθῶν, ἵνα τοῦ δέοντος πρωϊαίτερον τοὺς Τούρκους ἄχρι θαλάττης ὁδηγήσαιεν. οὐ γὰρ πολλαὶ μεταξὺ παρεληλύθεσαν ἡμέραι καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐς Βυζάντιον ἐπανῆκεν, οἱ δὲ βάρβαροι κατῄεσαν μικροῦ πάντα διαλαχόντες τὰ μέχρι καὶ ἐς τὴν Λεσβίαν παράλιον.

κ'. Συνέβη δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κινηθῆναι καὶ μάχην P. 128 μεταξὺ Γεννουιτῶν καὶ Βενετικῶν καὶ πλείστας μὲν ἀπολέσαι ναῦς καὶ χρήματα τοὺς Βενετικοὺς νικωμένους ἄλλοτε ἄλλοθι παρ' ἐκείνων· ὀψὲ δ' ἑβδομήκοντα παρασκευάσαντας ναῦς ἐλθεῖν κατὰ τουτωνὶ τῶν Γεννουιτῶν, οἳ τὴν οἴκησιν ἀντιπέραν ποιοῦνται τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ αὐτῶν μὲν μηδένα καταλαβεῖν· προμαθόντας γὰρ ἐκείνους γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας καὶ χρήματα τῆς βασιλευούσης ἐντὸς ἀσφαλίσασθαι· αὐτοὺς δ' ἐς τὰς αὐτῶν B τριήρεις ἐμβάντας φυγεῖν τοὺς διώκοντας, ἀποπλεύσαντας ἐς τὸν Εὔξεινον· ὡς ἐντεῦθεν μὴ καταλαβοῦσί σφισιν ἐκείνους ἐνταῦθα ἀναγκασθῆναι κάειν τάς τε οἰκίας ἐκείνων καὶ τὰς παρατυχούσας κενὰς ὁλκάδας· οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ σύν γε αὐταῖς καὶ τὰς Ῥω-

divina vindicta eum exitum decernente, quem facta illorum meruerunt. Neque enim probabile erat, rem bene gesturos esse eos, qui lacrymas et execrationes pro viatico secum abstulissent. Caeterum Imperator Massagetas fugisse cernens, quod cum paucis resistere barbaris non poterat, in munitissimum castellum Magnesiam, calamitatis exitum praestolaturus, sese coniecit. At Massagetae usque ad Hellespontum Christianorum agros populantes descenderunt, atque inde in Europam traiiciunt, non aliter quam si ea de causa duntaxat e Scythia arcessiti essent, ut Turcis maturius quam oporteret viam ad mare monstrarent. Nec enim multi dies intercesserunt, cum et Imperator Byzantium rediit, et barbari ingruentes omnia fere ad oram usque Lesbi inter se partiti occuparunt.

11. Hoc tempore bellum etiam inter Genuenses et Venetos exarsit: in quo Veneti multis navibus et pecuniis amissis alias alibi victi. Tandem septuaginta navibus instructis eos Genuenses qui e regione Constantinopolis habitant adorti sunt; sed neminem eorum ceperunt. Nam illi praecognito illorum adventu uxores, liberos, et opes suas intus Urbem concluserunt: ipsi vero suis triremibus conscensis in Euxinum pontum delati hostem persequentem fugerunt. Itaque Veneti, cum eos capere non possent, eo deinde redacti sunt, ut domos illorum et vacuas onerarias quae occurrebant incenderent, unaque cum eis Romanorum omnes aedes extra moenia;

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

μαίων ἐκτὸς τείχους οἰκίας ἁπάσας, ἀμυνόμενοι δεξαμένους γυ-
ναῖκας καὶ παῖδας καὶ χρήματα τῶν ἐχθρῶν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ· ἀφ᾽
ὧν ὁρμηθέντας Ῥωμαίους τῶν τῆς βασιλευούσης ἐντὸς κατοι-
κούντων Βενετικῶν ἔστιν οὓς διασπαράξαι καὶ τὰ αὐτῶν ληΐ-
C σασθαι πάντα χρήματα. (B.) Δι᾽ ἃ δὴ καὶ ἐς τοὐπιὸν θέρος
ὀκτωκαίδεκα τριήρεις αὖθις ὁπλίσαντες οἱ Βενετικοὶ ἧκον τὴν γε-
νομένην ζημίαν ἀπαιτοῦντες παρὰ τοῦ βασιλέως. μηδὲ γὰρ εἶναί
φησι πρὸς τῆς νενομισμένης φιλίας τῷ προπεπονθέναι μεγάλα
ἀμυνομένους μέτρια τέλος καὶ τὴν ἐσχάτην ὑποστῆναι ζημίαν·
D προκατάρξαι γὰρ τῆς παρασπονδήσεως Ῥωμαίους, ταῖς τῶν ἀν-
τιπάλων γυναιξὶ καὶ παισὶ μετὰ τῶν χρημάτων ἐν τῇ τῆς μάχης
ἀκμῇ πᾶσαν καὶ παντοίαν περιποιησαμένους ἀσφάλειαν. τοῦ δὲ
βασιλέως μήτε λόγον εὔλογον ἔχειν τὴν ἀπαίτησιν ἀποκρινομένου,
μήτε ἁρμόττουσαν τύχῃ βασιλικῇ τὴν ἐπιτίμησιν κατὰ τῆς αὐ-
τῶν ἀναιδοῦς ἐπενεγκεῖν ἔχοντος τόλμης τῷ μὴ κεκτῆσθαι τριή-
ρεις ἀντιστρατευομένας (προαπολώλεσαν γάρ, ὡς εἰρήκειμεν),
E ἐς τοσοῦτον ἐξηνέχθησαν θράσεως τῷ μάλα περιφρονεῖν τῶν Ῥω-
μαίων τὸ ἄνανδρον καὶ τοσαύτην προὐξένησαν τῇ Ῥωμαίων ἡγε-
μονίᾳ τὴν αἰσχύνην, ἐς ὅσον αἰσχυνοίμην ἂν αὐτὸς ἀφηγούμενος.
ὅπου γὰρ κατηναγκασμένα τῶν ἀτυχημάτων ἔπεισι τὰ αἴτια, λύ-
παις μὲν καὶ οὕτως ἔξεστι τὴν ψυχὴν κατατρύχειν· μετρίαις δ᾽
P. 129 οὖν ὅμως, ἐκεῖ τοῦ συνειδότος οὐδένα μαστιγοφόρον μετάμελον
ἔχοντος, ἀλλὰ θείαν τινὰ κρίσιν ἀποῤῥήτους τοὺς λόγους κρύ-
V. 106 πτουσαν ἡγουμένου τὸ πρᾶγμα. ἐνταῦθα δ᾽ ἐξεπίτηδες καὶ οἷον
εἰπεῖν μετὰ τέχνης εἰς ἀνδραπόδων μοῖραν ἑκόντες ἔῤῥιψαν Ῥω-

13. ἄλογον A.

ulti eos, quod hostium uxores, liberos et opes in tuto collocassent. Unde factum, ut Romani adversus Venetos in Urbe habitantes concitati nonnullos discerperent, eorumque res diriperent. (II.) Qua de causa sequente aestate cum octodecim armatis triremibus Veneti advenerunt, damnum datum pensari ab Imperatore postulantes. Neque enim illud amicitiae ius esse, ut magnam iniuriam moderate ulti tandem extremo supplicio afficerentur. Romanos priores rupisse foedus: quod in ipso belli discrimine hostium uxoribus, liberis, pecuniis tutum asylum aperuissent. Sed cum Imperator postulationem illam aequam esse negaret, neque etiam pro maiestate Imperatoria impudentem illorum audaciam castigare auderet, quod triremes quas opponeret non habebat (nam quas habuerat, eae ut diximus perierant); eo confidentiae venerunt, cum infirmas Romanorum vires omnino contemnerent, ut id dedecus Romano Imperio impresserint, quod me vel referre pudeat. Nam cum alicui invito et coacto malorum causae existunt, dolere quidem fas est, sed moderate quoniam illic conscientia nullo poenitentiae verbere flagellatur, sed divinum illud iudicium credit, cuius idcirco rationes occultae et arcanae sint. Hic autem Romani de industria et data quodammodo opera ultro di-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

μαῖοι τὸ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀξίωμα, τὰς οἰκείας τριήρεις τῆς θαλάττης γυμνώσαντες ἐλπίδος ἕνεκα κέρδους, ὃ μάλα βραχύτατον ὂν μάλα μακράν τε καὶ πολυτάλαντον ἐγεώργησε τὴν ζημίαν καὶ ταύτην πολλῷ μακρότερον ἔχουσαν τὸ τῆς αἰσχύνης ἔγκλημα. οὐδὲ γὰρ ἦν ἂν οὔτε Λατίνους οὕτω κατὰ Ῥωμαίων B θρασύνεσθαι, οὔτε ψάμμον θαλάσσης θεάσασθαι Τούρκους ποτὲ, τῆς ναυτικῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως θαλαττοκρατούσης ὡς πρότερον· οὐδ' ἐς τοῦτ' ἀνάγκης συνελαθῆναι Ῥωμαίους, ὥστε μὴ μόνον ὁπόσα τῶν ἐθνῶν ὁμοροῦντα πεφύκασιν, ἀλλὰ καὶ ὅσα ὡς ποῤῥωτάτω τὴν δίαιταν ἐκληρώσαντο, οἷά τινα λίθον φοβεῖσθαι Ταντάλειον ἀπὸ λεπτοῦ τινος μίτου μετεωριζόμενον C ἐπὶ κεφαλῆς, καὶ πᾶσιν ἀναγκάζεσθαι φόρον εἰσφέρειν ἐτήσιον, καθάπερ Λυσάνδρῳ καὶ Δερκυλλίδᾳ καὶ τοῖς ἐκ Λακεδαίμονος ἁρμοσταῖς δασμὸν τὸν ἐτήσιον Ἀθηναῖοι πάλαι καὶ Βοιωτοὶ δυστυχήσαντες. (Γ.) Ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι. παρελθόντες μέντοι ἐς τὸ Κέρας ἐπὶ τῶν τριήρων ὁπλοφοροῦντες οἱ Βενετικοὶ τῇ πρὸς ἄρκτον προσέσχον παραλίᾳ ἀντικρὺ τῶν βασιλικῶν οἴκων· κἀκεῖθεν πέμψαντες ἀπῄτουν τὰ χρήματα, ὁπόσοις τοὺς ἔνδον D τῆς βασιλευούσης οἰκοῦντας Βενετικοὺς οὐδένα ἀδικήσαντας ἐζημίωσαν· πλείω λαβεῖν παρ' ἀκόντων Ῥωμαίων ἀπειλοῦντες, εἰ μὴ αὐτοί γε ἑκόντες ἀποδοῖεν ὁπόσα χρεών. ἐπεὶ δ' ἀποφάσκοντα τὴν ἀπόδοσιν τὸν βασιλέα ἐγνώκεσαν, αὐτόθεν κατειρωνεύεσθαι τὴν Ῥωμαίων ἤρξαντο δύναμιν· καὶ ὑφῆψαν εὐθὺς τάς τε ἀντιπέρας οἰκίας ἁπάσας κενὰς οὔσας τῶν ἐνοικούντων· φθάσαντες E

10. ὡς add. A.

gnitatem Imperii infra servilem conditionem abiecerunt, triremibus e mari sublatis ob spem lucri; quod cum perexiguum fuisset, diuturna et maxima detrimenta peperit, cum ignominia multo maiore coniuncta. Neque enim vel Latinis Romanos ita audacter despicere, vel Turcis arenam maris intueri aliquando licuisset, si Romana classis ut olim mare tenuisset: neque unquam in id discrimen res adductae fuissent, ut Romanis non tantum finitimae gentes sed etiam remotissimae, instar Tantalei cuiusdam saxi exiguo filo supra caput suspensi, formidandae essent, et omnibus annua tributa pendere cogerentur, quemadmodum Lysandro et Dercyllidae et Laconicis praefectis, quos Harmostas vocant, olim Athenienses et Boeoti clade accepta persolverunt. (III.) Sed illuc redeo. Veneti cum triremibus armati in sinum Ceratinum progressi ad septentrionale littus appulerunt e regione palatii: et inde legatis missis res repetebant, quascunque Venetis Urbem incolentibus Byzantini nulla ab ipsis iniuria affecti ademissent: se plura invitis Romanis erepturos minitantes, nisi sponte quod aequum esset redderent. Sed cum Imperatorem nolle res restituere intellexissent, illico Romanam potentiam per ludibrium contemnere coeperunt, et omnes aedes e regione Urbis sitas incenderunt vacuas habitatoribus. Nam ii adventu il-

A. M. 6791 ad 6836 A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

γὰρ ἐξῴκισαν ἐκεῖνοι σφᾶς αὐτοὺς ἐκεῖθεν· καὶ ἔτι ὁπόσα περὶ τὰς ἅλως ἀσταχύων δράγματα ἦσαν· τὸ δὲ ὥσπερ παιδιὰ καὶ χλεύη τις ἦν ἐκείνων κατὰ τοῦ βασιλέως. ξυμπέπτωκε γὰρ καὶ λεπτάς τινας αὔρας ἀπ' ἄρκτου πνεούσας τῇ τε φλογὶ διδόναι ῥοπὴν καὶ πλείστου καπνοῦ τὰ βασίλεια ἐμπιπλᾶν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐκεῖθεν ἄραντας ἔργον ἦν τὰς ὁθενδήποτε πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσπλεούσας ὁλκάδας χειροῦσθαι καὶ τὰς ἐν τῇ Προποντίδι νήσους ληΐζεσθαι παραπλέοντας καὶ οὐχ ὅπως ὅσα ἐν χρήμασιν ἦν συναθροίζειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ κεφαλῆς μετεωρίζοντας ἀπὸ τῆς κεραίας μαστίζειν πρὸ τῶν τῆς βασιλευούσης τειχῶν· ἵν' ὁρῶντες οἱ κατὰ γένος ἑκάστῳ προσήκοντες πολλὰ καταβάλλωσι χρήματα πρὸς ἐξώνησιν· καὶ οὕτω πλείω τῶν ζητουμένων οἱ Βενετικοὶ συλλεξάμενοι χρήματα ἀνεχώρησαν οἴκαδε.

P. 130 (Δ.) Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης ὁρῶν περιφρονούμενον ἑαυτὸν ἀμαθίας τε καὶ ἁπλότητος ἕνεκα καὶ ἀνακεκαλυμμένως παρὰ ἀρχιερέων ἔστιν ὧν λοιδορούμενον τῇ λύπῃ καὶ τῇ μικροψυχίᾳ νικᾶται καὶ δίδωσι φέρων τῷ βασιλεῖ τοῦ θρόνου παραίτησιν ἔγγραφον, ἐπεὶ μὴ βούλοιτο ἐκδικεῖν. ὁ δὲ ἀπελθὼν ἡσύχασε μέχρι τινὸς παρὰ τὴν μονὴν τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος, τῆς Παμμακαρίστου. ἔπειτ' ἀπῄει παρὰ τὴν θρεψαμένην, τὸ τῆς Σωζοπόλεως λέγω πολίχνιον· ἔνθα καὶ τὸ λεῖπον ἐν ἡσυχίᾳ τοῦ βίου παρήμειψεν.

A. C. 1304 Possino. A. C. 1303 Mauritio David.

1. ἔτι add. A. 21. λεῖπον A., λοιπὸν W.

lorum non expectato migrarant. Item manipulos frumenti, quotquot in areis erant, igne consumpserunt: quod non aliud fuit nisi ludibrium quoddam et subsannatio Imperatoris. Sic enim accidit, ut tenui aura a Septentrione aspirante flamma ventilaretur, et multo fumo regia compleretur. Postridie digressi in eo fuerunt occupati, ut onerarias in Urbem euntes interciperent, et e Propontidis insulis praedas adnavigando agerent: nec cumulandis opibus contenti viros etiam ex antennis capite deorsum verso suspensos ante Urbis muros flagellarent, ut cuiusque cognati spectantes illud captivos magno pretio redimerent. Ita Veneti maiore pecunia quam postularant conquisita domum redierunt. (IV.) Ioannes autem patriarcha cum se ob inscitiam et simplicitatem contemni cerneret, et manifestis conviciis a quibusdam pontificibus incessi, moerore et animi pusilli aegritudine victus scriptam offert Imperatori dignitatis suae abdicationem, quandoquidem opem sibi ferre nollet. Digressus aliquamdiu in sanctissimae Dei genitricis Pammacaristae monasterio solitariam vitam egit. Deinde in patriam Sozopolin oppidulum sese contulit, ibique aevi reliquum in solitudine exegit.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΛΟΓΟΣ Ζ.

# NICEPHORI GREGORAE

## BYZANTINAE HISTORIAE

## LIBER SEPTIMUS.

### ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

*Περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων. Ὅπως διεμερίσαντο τὴν Ἀσίαν οἱ Τοῦρκοι. Δευτέρα ἀνάβασις Ἀθανασίου. Περὶ τοῦ Σικελικοῦ πολέμου τῶν ἐξ Ἰταλίας Λατίνων. Περὶ τῆς πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβείας τῶν Κατελάνων, ὧν ἦρχε Ῥοντζέριος. Περὶ τῶν δεινῶν, ὧν Κατελάνοι Ῥωμαίοις προὐξένησαν. Περὶ τῆς ἀναζεύξεως τῶν Κατελάνων ἐκ Φιλαδελφείας. Περὶ τοῦ φόνου Ῥοντζερίου τοῦ Καίσαρος, τοῦ τῶν Κατελάνων ἀρχηγοῦ. Περὶ τῆς τῶν Κατελάνων ἀποστασίας. Περὶ τῆς εἰς τοὺς Κατελάνους διαβάσεως συμμαχίας τῶν Τούρκων ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην. Περὶ τοῦ ἐν τοῖς Ἄπροις πολέμου τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ μετὰ τῶν Κατελάνων. Περὶ τῆς κατ᾽ ἀλλήλων μάχης τῶν στρατηγῶν τῶν Κατελάνων. Περὶ τῆς βασιλίδος Εἰρήνης καὶ τῶν πρὸς βασιλέα σκανδάλων. Ἄξιον ἀκοῆς διήγημα. Περὶ τῶν Κατελάνων αὖθις. Περὶ διαιρέσεως τῶν Κατελάνων καὶ τῶν Τούρκων. Περὶ τῶν Κατελάνων μόνων. Περὶ τοῦ ἐν Βοιωτίᾳ πολέμου τῶν Κατελάνων. Περὶ τῆς εἰς δύο μέρη τῶν Τούρκων ἀπ᾽ ἀλλήλων διαιρέσεως. Διάβασις ἐκ Μακεδονίας εἰς Θρᾴκην τοῦ Μιχαὴλ μετὰ τρισχιλίων Τούρκων. Πόλεμος τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ καὶ τῶν Τούρκων περὶ Χερσόνησον. Ἀθανασίου κατάβασις ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου. Περὶ τοῦ πατριάρχου Νίφωνος. Περὶ τῶν τὴν Θρᾴκην ληϊζόντων Τούρκων. Πόλεμος Ῥωμαίων καὶ Τούρκων ἐν Θρᾴκῃ καὶ ἧττα τῶν Τούρκων. Ἑτοιμασία τειχομαχίας κατὰ τῶν Τούρκων. Ἧττα παντελὴς τῶν Τούρκων καὶ ἅλωσις. Νίφωνος κατάβασις ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου. Περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος. Περὶ τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ Μετοχίτου. Θάνατος τῆς βασιλίδος Εἰρήνης. Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως διακρίσεως καὶ γνώμης. Περὶ τοῦ χαλκοῦ ἀνδριάντος τοῦ ἐπὶ τοῦ κίονος τοῦ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας. Καταμέτρησις τοῦ ἀνδριάντος καὶ τοῦ ἵππου αὐτοῦ. Περὶ τοῦ χρησμοῦ τοῦ εὑρεθέντος ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν παλατίῳ.*

## ARGUMENTUM BOIVINI.

*Provinciae Asianae a Turcis occupantur. Earum partitio. Nomina Satraparum. Athanasius imminentem Dei iram praenunciat. Terrae motus. Imperator Athanasium prae caeteris patriarchatu dignum iudicat. Restituendum censet. Plurimi refragantur. Quidam obtemperant. Athanasius Constantinopolitanae ecclesiae iterum praeficitur. Patriarcha Alexandrinus fabellam Imperatori narrat et Athanasium notat* (Cap. 1). *Italiae rex Siciliae regem imparatum terra marique oppugnat. Variis cladibus afficit per biennium. Rogerius Catalanus; maris et insularum terror. Quas copias secum habuerit. A Siciliae rege arcessitur. Eius adventu urbes redeunt ad dominum legitimum. Italiae rex eas armis repetit. Re male gesta discedit. Bellum reparat. Vincitur. Pacem petit et affinitatem* (2). *Rogeriani milites, rebus Siciliae tranquillis, incerti quo se vertant. Byzantium eunt ab Andronico acciti; Catalani mille; Almugavari totidem. Honores Rogerio delati; item Berengario Entencae. Catalani in Asiam missi; hospites et socios vexant. Philadelphiam obsessam liberant. Episcopi Theolepti virtus. Asiae recuperandae occasio cur omissa. Romani et Alani domum revertuntur. Catalani stipendiis fraudati Romanas urbes hostili more pervadunt. Eorum crudelitas. Imperator ut haec tulerit. Rogerius ex Asia in Thraciam redit. Iuniorem Imperatorem adit. Stipendia persolvi postulat. Obtruncatur* (3). *Milites Romani, occiso Rogerio, cum Catalanis debellatum putant. Providentiae divinae decretis non resistendum. Malorum consiliorum malus exitus. Romanarum cladium causae. Catalani Calliupolin, caesis oppidanis, muniunt. Terra et mari bellum apparant. Mari vincuntur a Genuensibus. Berengarius, navarchus captus; deinde redemptus. Catalanorum consternatio. Omnia ipsis infesta. Tolerandae obsidioni se accingunt. Turcos auxilio arcessunt. Praedas agunt. Michaël Imperator in eos movet. Turcopulos et Massagetas secum ducit. Iuxta Apros castrametatur. Exercitum instruit. A Massagetis et Turcopulis deseritur. Turbatam aciem frustra conatur restituere. In hostes temere invectus vix evadit. Equitis fidelis virtus. Andronicus filium obiurgat, ut vitae prodigum. Romanorum fuga et clades. Turcopulorum ad Catalanos transitio. Catalanorum duces inter se dissident. Berengarius occiditur. Ximenes Byzantium se recipit. Ornatur Magni Ducis titulo, et affinitate Imperatoris. Massagetae in Scythiam transituri a Turcopulis et Catalanis profligantur* (4). *Imperatrix, privignum exosa, liberos suos conatur ei exaequare. Mos succedendi apud Latinos principes receptus. Andronici uxores duae: liberi sex. Andronicus uxoris petitioni refragatur. Haec virum fastidiis ulciscitur. Unde dissidium. Irene Thessalonicam secedit. Maritum traducit. Mulierum impudentia. Andronici lenitas. Irene filio suo Theodoro uxorem quaerit. Conditione ab Athenarum duce repudiata ad Spinulam itur. Latini nobiles Imperatorum Byzantinorum affinitatem vix dignantur. Irenes genus. Marchionum dignitas. Digressio de dignitatum titulis. Marchionum Longobardorum provincia. Theodorus eo mittitur. Multas opes secum transfert. Ioannes, alter Irenes filius, Nicephori Chumni filiam uxorem accipit. Sine liberis decedit. Irenes profusa liberalitas erga Cralem generum. Spes delusae. Cralis uxor cur sterilis. Crales, Irene urgente, successorem sibi designat, primo Demetrium; deinde Theodorum Marchionem, uxoris suae fratres. Neuter in Triballia assuescit* (5). *Catalani Thraciam vastant. Locum quaerunt, in quo consistant. Quantae eorum copiae fuerint. In Macedonia apud Cassandriam hibernant. Urbibus Macedonicis imminent: in primis Thessalonicae. Andronicus Christopolitanas angustias munit. Milites conscribi curat, qui urbes defendant. Hostes commeatu destituti reditum in Thraciam parant. Audiunt*

*praeclusum sibi iter. In magno metu versantur. Thessaliam petunt. Iuxta Olympum castrametantur. Agros finitimos populantur. Qui et quot Turci fuerint in exercitu Catalanorum. Quos duces habuerint. Ut in itinere Thessalico praedam partiti discesserint a Catalanis* (6). *Catalani Turcis dimissis in Thessaliam irrumpunt. Principum Sebastocratorum haeres ultimus morti vicinus. Eius uxor. Liberi ex ea nulli. Thessali Catalanos sibi conciliare amicitia statuunt. Catalani Thessalorum pecuniam et societatem incertae spei praeferunt. Superatis Thermopylis iuxta Cephissum castra ponunt. Cephissi cursus. Athenarum princeps Catalanis transitum negat. Eosdem contemnit. Catalanorum vires. Callidum strategema. Atheniensis exercitus numerosus in limum impingit. Internecione deletur. Catalani Thebas et Athenas capiunt. In iis locis considunt* (7). *Turci relictis Catalanis suos duces sequuntur. Melecus recipit se ad Cralem. Chalel in Macedonia subsistit. Pacem offert Romanis. Pacis conditiones. Magnus stratopedarcha Turcos ad Hellespontum perducit. Romani fidem violant. Turci castellum occupant. Auxilia arcessunt. Regionem vastant. Michaël Imperator ad eos debellandos evocatur. Militum rusticanorum temeritas. Romanorum socordia. Barbari sibi et rebus suis optime consulunt. Vexillum Imperatorium adoriuntur. Imperator a militibus destituitur. Flebilis et invitus discedit. Duces resistunt. Ab hostibus capiuntur. Imperii insignia direpta et ludibrio habita* (8). *Athanasii patriarchae altera secessio. Secessionis causa. Nipho in eius locum succedit, vir illiteratus. Eius studia et malae artes. Uno hoc laudandus, quod Arseniatas ad communionem admiserit. Arseniatarum petitiones. Quinam ex his schisma renovaverint* (9). *Turci Thraciam vastant. Imperator mercenarios milites peregre accire statuit. Fisci inopia. Petitum a Crale auxilium. Philes Palaeologus Turcicum sibi bellum deposcit. Eius elogium. Ab Andronico ob innocentiam vitae laudatus postulata impetrat. Militum animos sibi mancipat. Hostium consiliis per exploratores cognitis legiones educit. Apud Xerogypsum fluvium castra ponit. Turcorum adventus. Pugnae apparatus. Ut aciem inclinatam Philes restituerit. Barbarorum strages. Romani instant fugientibus. In Chersoneso castrametantur. Imperatoriae triremes Hellespontum obstruunt. Auxilia Romanis a Crale et a Latinis missa. Turcici praesidii oppugnatio. Latinorum machinae. Barbari nocturnis eruptionibus frustra tentatis spem salutis abiiciunt. Se et sua omnia Latinis dedunt. Multi per noctem a Romanis intercepti et trucidati. De caeteris quid actum sit a Latinis* (10). *Niphoni ob sacrilegia expulso Ioannes Glycys laicus in patriarchatum succedit. Huius elogium. Cur habitum monasticum non induerit. Gregoras iuvenis. Eloquentiae studiosus. Glyceos auditor assiduus. Theodori Metochitae auctoritas. Filia Ioanni Pankypersebasto nupta. Laus Metochitae. Animi et corporis dotes. Summa eruditio. Dicendi genus. Ut litterarum studium cum rei publicae administratione coniunxerit* (11). *Irenes Imperatricis obitus. Sepultura. De eius pecuniis quid actum sit. S. Sophiae templum ruinam minatur. Duabus pyramidibus exstructis fulcitur. Andronicus mavult vetera aedificia instaurare, quam nova exstruere. Eius modestia laudatur. Templa ab eo restituta. Eiusdem opera alia publica. De columna, statua et cruce in vestibulo templi S. Sophiae erectis. Crux deiecta reponitur. Caetera longo tempore labefacta renovantur. Statuae dimensio. Item crucis et globi* (12). *Andronico iuniori uxor datur Irene Alemana. Michaël Imperator Thessalonicam abit. Abeundi causa. Ibidem moritur. Oraculum de eius morte. De rebus Thessalicis repetuntur ea, quae iam dicta fuerant. Ioannis Ducae sine liberis defuncti provinciae et urbes distractae. Quaedam Romano Imperio adiectae. Caeteris poenae a Synodo frustra indictae* (13).

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. V. 107

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐκ τῆς ἕω τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀνεῤῥάγη πελάγη, καθάπερ μυρίων πνευμάτων ἐξαίφνης ὁμοῦ συῤῥαγέντων καὶ πάντ' ἄνω καὶ κάτω ἐλαυνόντων καὶ συγκυκώντων. ἐπεὶ γὰρ ἔρημα στρατευμάτων τὰ πρὸς ἕω τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐλείπετο, συνασπισμὸν οἱ τῶν Τούρκων σατράπαι B ποιήσαντες πάντα κατέδραμον ἄχρι θαλάττης ἁπάσης καὶ πρὸς C αὐταῖς ἤδη ταῖς ἀκταῖς μετοικήσαντες· καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν τε ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ νηπίων, καὶ ὅσα ἐν κτήνεσι καὶ ὅσα ἐν χρήμασιν ἦσαν, ὑπὸ τὴν τῶν πολεμίων ἄρτι αἰχμὴν ἐγεγόνεισαν. ὅσοι δ' ἔλαθον διαδράντες, οἱ μὲν ἐς τὰς ἔγγιστα πόλεις κατέφυγον, οἱ δὲ καὶ ἐς Θρᾴκην ἄσκευοι καὶ γυμνοὶ τῶν προσόντων διέβησαν. ἐς δὲ ξυμφωνίαν ἤδη ἐληλυθότες οἱ Τοῦρκοι κλήρῳ διέλαχον πᾶσαν, ὁπόση τῆς τῶν Ῥωμαίων D ἡγεμονίας ἐτύγχανε γῆ κατὰ τὴν Ἀσίαν. κατέσχον οὖν, ὁ μὲν Καρμανὸς Ἀλισούριος τὰ πλείω τῆς μεσογείου Φρυγίας καὶ ἔτι τὰ μέχρι Φιλαδελφείας καὶ τῶν ἔγγιστα πάντων ἀπὸ τῆς περὶ Μαίανδρον τὸν ποταμὸν Ἀντιοχείας· τὰ δ' ἐκεῖθεν μέχρι Σμύρ- P. 131 νης καὶ τῶν ἐντὸς παραλίων τῆς Ἰωνίας ἕτερος, ὄνομα Σαρχάνης. τὰ γὰρ περὶ Μαγνησίαν καὶ Πριήνην καὶ Ἔφεσον φθάσας ὑφείλετο σατράπης ἕτερος, ὄνομα Σασάν· τὰ δ' ἀπὸ Λυδίας καὶ Αἰολίδος ἄχρι Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ ὅ,τε Καλάμης λεγόμενος καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Καρασῆς· τὰ δὲ περὶ τὸν Ὄλυμπον B καὶ ὅσα τῆς Βιθυνίας ἐξῆς ἕτερος, ὄνομα Ἀτμᾶν· τὰ δ' ἀπὸ τοῦ

3. συνελαυνόντων A. 16. Φιλαδελφείας A., Φιλαδελφίας W.

1. Sub hoc tempus ex Oriente maximi calamitatum fluctus exundarunt, perinde ac si infiniti ventorum turbines repente confligerent et omnia sursum deorsum agerent ac permiscerent. Nam cum Imperii Romani orientales tractus militaribus copiis destituti essent, Turcorum satrapae sociatis viribus omnia usque ad mare universum incursare, et in ipsis iam littoribus colonias constituere coeperunt. Et maxima quidem pars virorum simul et mulierum, item infantes, iumenta, pecuniae, in hostium potestatem concessere. Qui vero clam evaserant, eorum alii in proximas urbes confugerunt, alii inopes et suis rebus spoliati in Thraciam traiecerunt. At Turci iam inita concordia omnes quae in Asia erant Romanae ditionis provincias sorte distribuerunt. Carmano Alisurio maior Phrygiae mediterraneae pars obvenit: item quaecunque ad Philadelphiam et ad proxima quaeque loca pertinent ab Antiochia usque urbe, quae ad Maeandrum fluvium sita est. Quicquid inde est Smyrnam usque et ad eam quae interiacet maritimam Ioniae oram, Sarchani cuidam obtigit. Nam Magnesiam, Prienen, et Ephesum alius, nomine Sasan, iam interceperat. A Lydia et Aeolia usque ad Mysiam Hellesponto adiacentem Calames et filius eius Carases obtinebant. Quae circa Olympum sunt, et omnem inde Bithyniam Atman.

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ποταμοῦ Σαγγαρίου μέχρι Παφλαγονίας μεμερισμένως ἐς τοὺς Ἀμουρίου διέβησαν παῖδας. (Β.) Τὸ μέντοι ἑξῆς ἔτος φασὶ διαμηνύσασθαι λάθρα τῷ βασιλεῖ τὸν πρὸ τοῦ Ἰωάννου πατριαρχεύσαντα καὶ παραιτησάμενον Ἀθανάσιον θείαν προβλέπειν ὀργὴν κατὰ τῶν Ῥωμαίων παρακελεύσασθαί τε αὐτὸν ὁλονύκτοις δεήσεσι χρήσασθαι πρὸς θεὸν ἄχρι καὶ ἐς τρίτην ἡμέραν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ γενομένου σεισμοῦ τοῦτον εἶναι, φάναι τὸν βασιλέα, τὴν προειρημένην Ἀθανασίῳ θεομηνίαν· ἰσχυρίζεσθαί τε λοιπόν, C ὡς οὐχ ἕτερος ἄξιος μᾶλλον αὐτοῦ πρὸς τὸν πατριαρχικὸν ἀνεληλυθέναι θρόνον· μηδὲ γὰρ ἂν βλέπειν τὰ ἔμπροσθεν ἄνευ θειοτέρας ἐλλάμψεως· πεπεῖσθαί τε τοὺς πολεμίους ὡς ποῤῥωτάτω γενέσθαι τῶν ὅρων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἅμα τῷ τοῦτον ἐς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβῆναι θρόνον καὶ γενέσθαι, οἷον εἰπεῖν, ἔαρ μετὰ χειμῶνα καὶ γαλήνην μετὰ κλύδωνα καὶ ῥᾷστα πλατυνθῆναι τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας τὰ σχοινίσματα. V. 108 (Γ.) Τοῦτο D μικροῦ πάντας ἀρχιερέας καὶ ἱερέας, καὶ ὅσοι ἀσκητηρίων ἔτυχον προεδρεύοντες, καὶ ὅσοι τοῦ κλήρου, καὶ οὐ πολλοῦ δέω λέγειν, ὅσοι τῶν ἀγορανομούντων καὶ δημόσια δή τινα ἐγκεχειρισμένων ἦσαν πράγματα, ἀναμνησθέντας τῆς πάλαι πνευματικῆς βαρύτητος τοῦ ἀνδρὸς οὐ μικρῶς διετάραξεν· ὥστε καὶ δημηγοροῦντι τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ σεισμοῦ καὶ τῆς Ἀθανασίου προῤῥήσεως E πιστεύειν οὐκ εἶχον, ἀλλ' ὑπεψιθύριζον, ὡς ποθῶν ἐκεῖνον ἐνδοξότερον καθιστᾶν πλάττει καὶ χαρίζεται ψευδῆ ταυτηνὶ

1. μεμερισμένοις A. 17. πολλοῦ A., πολλῷ W. 18. δημόσια A., δημοσίᾳ W. 19. πνευματικῆς add. A.

A flumine Sangario ad Paphlagoniam Amurii liberi inter se partiti sunt. (II.) Sequente anno dicunt Athanasium, qui patriarchatum ante Ioannem tenuerat et abdicaverat, Imperatori clam nunciasse, praevidere se impendentem Romanis divinam indignationem: hortatumque esse, ut tribus perpetuis noctibus Deum deprecaretur. Cum autem postridie terrae motus factus esset, dixisse Imperatorem, eam esse praedictam ab Athanasio numinis indignationem: ac post affirmasse, neminem patriarchico solio digniorem esse. Neque enim nisi divinitus illustratum futura praevisurum fuisse: persuasumque habere, cum primum is in patriarchalem sedem restitutus foret, hostes quam longissime ab Imperii Romani finibus recessuros, futurumque ut ver hiemi, serenitas tempestati succederet, et Romanae ditionis limites facile propagarentur. (III.) Ea res fere omnes pontifices et sacerdotes, omnes monasteriorum praepositos, clericos omnes, et universos paene dixerim aedilitiorum munerum aliorumque negotiorum publicorum administratores, viri severitatem recordatos, haud mediocriter perturbavit. Itaque Imperatori de terrae motu et vaticinatione Athanasii concionanti fidem habere non poterant: sed submurmurabant, quod illius magnificandi studio ea confingeret, et falsam illi auctoritatem conciliaret, ut

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τὴν δόξαν αὐτῷ, ἵν᾽ εὐπαράδεκτος καὶ ὁ τούτου πρὸς ἐκεῖνον δοκοίη πόθος. δεξιώσεσι δ᾽ οὖν ὅμως καὶ λόγοις πειθοῦς ὁ βασιλεὺς ἔστιν οὓς τῶν τε ἀρχιερέων καὶ μοναζόντων περιελθὼν ἰδίους τῷ ἑαυτοῦ ἐπεποιήκει βουλήματι· μεθ᾽ ὧν πεζῇ καὶ βάδην ἄπει-F σι παρὰ τὴν τοῦ Ἀθανασίου καταγωγὴν τὴν περὶ τὸν Ξηρόλοφον· καὶ ὁμιλήσας αὐτῷ τὰ εἰκότα περὶ τοῦ θρόνου ἔπεισε καὶ τὰ πατριαρχικὰ περιθέσθαι σύμβολα. μηδὲ γὰρ δεῖσθαι φάναι χειροθεσίας ἑτέρας, καὶ ὅσοι περὶ αὐτὴν κρότοι καὶ θρίαμβοι, πάλαι ταύτην εἰληφότα βεβαίως, εἰ καὶ λύπης ἕνεκα μεταξὺ ταύτην ἔδοξεν ἀποθέσθαι. τούτων οὕτω γενομένων ἄνεισιν ἑβδομαῖος ἐς τὸν
P. 132 πατριαρχικὸν Ἀθανάσιος θρόνον. (Δ.) Ἔτυχε δὲ τηνικαῦτα ἐπιδημῶν τῇ βασιλευούσῃ καὶ τῆς κατ᾽ Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας ὁ πατριάρχης, σεμνὸς ἀνὴρ καὶ συνέσει λογισμῶν τὰ ἤθη κοσμῶν· ὡς ἐντεῦθεν πολλὴν τὴν αἰδῶ καὶ εὐμένειαν πρὸς τοῦ βασιλέως πορίζεσθαι. οὗτος ὁρῶν τὴν τοῦ βασιλέως περὶ τὸν πατριάρχην Ἀθανάσιον φλεγμαίνουσαν σχέσιν καὶ ἀκούων ἀεὶ διὰ θαύματος μεγάλων ἐπαίνων τὸ ἐκείνου τιθέμενον ὄνομα καὶ ἴσον B τῷ θειοτάτῳ τὴν ἀρετὴν Χρυσοστόμῳ προθέσεσιν ὅλαις τῆς γνώμης τοῦτον ἀποφαινόμενον, μάλα τοι χαριέντως τῆς τοῦ βασιλέως καθήψατο γλώττης καί, οἷον εἰπεῖν, τῆς ἐν οὐ καιρῷ φιλοτιμίας οὑτωσί πως εἰπών· „ἦν τις ἀνὴρ τὴν τέχνην σκυτεὺς γαλῆν ἔχων τὸ χρῶμα λευκήν, ἣ τῶν κατ᾽ οἶκον μυῶν καθ᾽ ἡμέραν ἐθήρευεν ἕνα. αὕτη λαθοῦσά ποτε κατὰ μέσην κρημνίζεται τὴν λε-

8. Pro verbis **καὶ ὅσοι — θρόνον** A. habet, *ἐκ πολλοῦ κεκτημένον. καὶ οὕτως εἰς τὸν πατριαρχικὸν Ἀθανάσιος αὖθις ἀναβαίνει θρόνον.* 11. Totam hanc sectionem om. A. Vid. Notas.

sui desiderii probabilem habere causam videretur. Sed tamen blandimentis et verbis ad persuadendum accommodatis Imperator quosdam e pontificibus et monachis circumventos in suas partes pellexit, cum quibus pedes ad Athanasii cellam circa Xerolophum abiit; et apud illum quae dicenda erant de patriarchatu locutus persuasit, ut illius dignitatis insignia reciperet. Neque enim alia manuum impositione, plausuve et triumphis ad eam pertinentibus, opus esse, cum ea illi iampridem abunde contigisset, quamvis interim eam ex moerore repudiasset. His ita gestis septimo die Athanasius in patriarchicum solium redit. (IV.) Tum autem forte in Urbe versabatur Aegyptiacae Alexandriae patriarcha, vir gravis, cuius mores solertia ipsa ingenii ornabat: quas ob res eum Imperator plurimum reverebatur et diligebat. Is cum inflammatum Imperatoris studium erga Athanasium videret, audiretque eum illius nomen magnis laudibus ad miraculum usque extollentem, adeo ut eum toto animi affectu divo Chrysostomo aequipararet, festive admodum magniloquentiam et intempestivum eius studium taxavit his fere verbis: „Erat," inquit, „sutor quidam, qui felem albam habebat, unum quotidie murem domi capere solitam: quae aliquando per imprudentiam in

κάνην, ἐν ᾗ τὸ τὰ σκύτη μελαῖνον ὃ σκυτεὺς ἐκεῖνος εἶχεν ὑγρὸν, A. C.
καὶ μόλις ἐκεῖθεν ἄνεισι μέλαν ἔχουσα χρῶμα. ἔδοξεν οὖν τοῖς 1282
μυσὶν, ἐκείνην ἴσως μηκέτι κρεωφαγεῖν ἐθελήσειν εἰς μοναδικὸν ad 1328
ἑαυτὴν μεταμείψασαν σχῆμα. ὅθεν καὶ ἀδεῶς ἑαυτοὺς ἐς τὸ ἔδος Imp. Andron. Senioris.
ἐφήπλωσαν ῥινηλατοῦντες ἄνω καὶ κάτω οἷς τραφήσονται· ἀλλ' C
ἐκείνη πρὸς τοσοῦτον ἄγρας παρελθοῦσα θέατρον πάντας μὲν
ὁμοῦ σαγηνεύειν οὐκ εἶχε καὶ μάλα ἐθέλουσα· δύο δ' οὖν ὅμως
συλλαβοῦσα κατεθοινήσατο. οἱ δ' ἕτεροι πάντες ᾤχοντο φεύγον- D
τές τε καὶ ἅμα θαυμάζοντες, ὅπως ἀπηνεστέρα γέγονεν, ἀφ' οὗ
τὸ μοναδικὸν περιέθετο σχῆμα. δέδοικα τοίνυν," φησὶ, „μὴ
καὶ Ἀθανάσιος οὗτος ἤδη τῶν προῤῥήσεων γέρας πατριαρχικὸν
εἰληφὼς θρόνον ἀποκρύψῃ τὴν προτέραν ἐκείνην σκληρότητα τῇ
τῆς ὑστέρας ὑπερβολῇ διὰ τὴν ἐντεῦθεν οἴησιν."

β'. Κατὰ μέντοι γε τούτους τοὺς χρόνους συνέπεσε πολεμεῖν V. 109
ἀλλήλοις ἄμφω τοὺς ῥῆγας, Κάρουλόν τε τὸν τῆς Ἰταλίας καὶ Θευ- E
δέριχον τὸν τῆς Σικελίας. νῆσος δ' ἡ Σικελία μεγάλη καὶ πολυ-
άνθρωπος, μιλίοις οὐ πλέον ἀπέχουσα τῆς ἠπείρου τριάκοντα,
εἴ τις ἐθέλοι μετρεῖν τὸ ἀπὸ Σκυλλαίου τοῦ παραλίου τῆς Ἰταλίας
ἄκρου μέχρι Μεσήνης τῆς πόλεως, παραλίου καὶ ταύτης οὔσης
Σικελίας τῆς νήσου. ὁ μὲν οὖν Κάρουλος ποθῶν ἐκ πολλοῦ τὴν P. 133
Σικελίαν ὑποχείριον θέσθαι καὶ διὰ μελέτης ποιούμενος τοῦτο
μακρὰς λάθρα ἐναυπήγησε ναῦς καὶ τἄλλα παρεσκεύαζεν, ὡς

14. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν χρόνον πολεμεῖν ἀλλήλοις ἄμφω ξυννεπεπτώκει τοὺς ῥῆγας A. 15. τῆς ante Ἰταλίας et Σικελίας om. A. 17. σταδίους ἀπέχουσα τῆς ἠπείρου σλ' A. Vid. Notas. 21. τοῦτο μακρᾶς, λάθρα ἐναυπηγεῖτο· καὶ τ' ἄλλα A. Vid. Notas.

medium vas incidit, in quo sutor ille atramentum habebat, tingendis coriis destinatum, unde et vix eluctata tota nigra evasit. Ac mures quidem opinabantur eam, monastico habitu sumpto mutatam, non commissuram esse deinceps, ut carnibus vesceretur. Itaque metu posito per pavimentum dispersi odorari et vestigare coeperunt ea quibus alerentur. Illa vero cum prodiisset, et tantam praedam oculis suis obversari vidisset, omnes simul comprehendere admodum cupiens haudquaquam poterat; attamen duobus comprehensis epulata est. Reliqui omnes fuga salutem quaesiverunt, admirantes, quo pacto sumpto monastico habitu crudelior evasisset. Vereor igitur," inquit, „ne et Athanasius hic, praedictionum praemium sedem patriarchicam iamnunc consequutus, priorem illam asperitatem posteriore multo maiore deleat, sumpta inde superbia elatus."

2. His temporibus Carolus Italiae et Theodoricus Siciliae Rex bellum inter se gesserunt. Est autem Sicilia magna et populosa insula, milliaribus non amplius triginta a continente distans: si quis fretum, quod inter Scyllaeum Italiae promontorium et Messanam Siciliae maritimam urbem interfluit, metiatur. Carolus igitur, qui iampridem Siciliae potiri cupiebat, et id consilium animo agitabat, clam naves longas aedificat: caeteraque ad

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ἐνῆν, ὅσα πρός τε ναυμαχίαν καὶ πεζομαχίαν αὐτάρκη. ὀψὲ δὲ τῆς ἔχθρας ἐς προὖπτον ἀναῤῥαγείσης φοβερὸς ὁ Κάρουλος τὰ πρῶτα ἐδόκει τῷ Θευδερίχῳ ἀπαρασκεύῳ τυγχάνοντι καὶ πολὺς αὐτῷ ἐνέκειτο συχνὰ διαπεραιούμενος ἐς τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπεί- B ρου, ὅσον τε πεζὸν καὶ ὅσον εἰς ἱππέας ἐξεταζόμενον ἦν, καὶ κακῶς τὰ ἐκείνου ποιῶν ἐπὶ δυσὶ τοῖς ἐνιαυτοῖς, χειμῶνος μὲν οἴκαδε ἐπανήκων, ἔαρος δ' ἀεὶ λαμπροτέρας τὰς ἐκστρατείας ποιούμενος. (B.) Ξυνέπεσε δὲ τηνικαῦτα Λατῖνόν τινα, Ῥοντζέριον ὄνομα, στρατόπεδον ἀθροίσαντα ἔκ τε Ἰβηρίας τῆς κάτω καὶ Γαλατίας τῆς ἐπέκεινα καὶ δυτικωτέρας τῶν Ἄλπεων βαναυσόν τε καὶ μάχαις ἀεὶ διαποντίοις καὶ ἠπειρωτικαῖς χαῖρον τριήρεις C οὐ μείους τεττάρων ἀπὸ τούτων πληρῶσαι· δι' ὧν δὴ καὶ τὸν πειρατικὸν ἀδεῶς μετῄει βίον, δεινότατος ἐν τούτῳ τῶν πώποτε γενόμενος. οὐ μόνον γὰρ ταῖς ἀπ' ἄρκτου καὶ νότου κατιούσαις καὶ ἀνιούσαις φορτίσι ναυσὶν ἐπετίθετο· ἀλλὰ παραπλέων καὶ περιπλέων κακῶς καὶ αὐτὰς ἤδη μεγάλας τῶν νήσων ἐτίθει καὶ φοβερὸς ἐδόκει τῇ κάτω θαλάττῃ. ἐπεὶ τοίνυν ἀπεκέκλειστο ἤδη πανταχόθεν ἡ Σικελία τῷ τε ναυτικῷ καὶ πεζῷ τοῦ Καρούλου D στρατῷ καὶ εἰς τοῦθ' ἧκεν ἀνάγκης Θευδέριχος, ὡς ὑπερορίων δεῖσθαι συμμαχιῶν, μετακαλεῖται τὸν εἰρημένον Ῥοντζέριον, παραγγείλας αὐτῷ καὶ ἑτέρους ὅθεν δήποτε μεταπέμψασθαι κρατίστους, ὡς ἐς χιλίους ἱππέας, ἵν' ἐξ ἀντιπάλου γενναίως τε καὶ εὐρώστως διαμάχοιντο πρὸς τὸν ἀντικαθήμενον τοῦ Καρούλου E στρατόν. ἐπεὶ δὲ ἧκεν ἐκεῖνος ἄγων χιλίους μέν, ὅσον τὸ ἀπὸ

11. διαποντίοις A., διαποντίαις W.

bellum tam mari quam terra gerendum necessaria pro virili comparat. Tandem cum inimicitiae in apertum erupissent, Carolus Theodorico adhuc imparato formidabilis erat, et valde eum premebat, e continente subinde in insulam traiiciendo cum omni et peditatu et equitatu suo: ac per biennium damnis illatis hieme domum se recipiebat; verno autem tempore maioribus semper copiis bellum redintegrabat. (II.) Illis porro temporibus accidit, ut Latinus quidam, Rogerius nomine, ex inferiore Iberia et ex Gallia, quae sita ultra Alpes magis versus Occidentem vergit, collecto exercitu sordidorum hominum, bellis tam marinis quam terrestribus assuetorum, non minus quatuor triremibus inde compleret; atque ita piraticam, cuius erat omnium qui unquam fuerunt peritissimus, impune exerceret. Non enim naves onerarias tantum, quae a Septentrione et Austro profectae ascenderent et descenderent, invadebat: sed magnas etiam insulas praeter et circum navigando infestabat, et mari infero metuendus evaserat. Cum igitur Sicilia iam ab omni parte Caroli exercitibus obsepta esset, ac Theodoricus eo redactus foret, ut externa auxilia petere cogeretur, Rogerium illum quem diximus arcessit, hortaturque, ut etiam alios undecunque fortissimos asciscat, circiter mille equites, ut aequatis viribus strenue et fortiter dimicent adversus Caroli exercitum suo oppositum. Cum autem ille advenisset, et mille pedi-

τοῦ ναυτικοῦ πεζοὺς, χιλίους δ' ὅσους ἐς ἱππέας κατέταξεν, εὐθὺς ὁπόσας Σικελικὰς πόλεις ὁ Κάρουλος εἷλέ τε καὶ δεδούλωτο, πᾶσαι καθάπερ ὀστράκου μεταπεσόντος ἐς Θευδέριχον ἐπανῆκον, οὐκ εἰωθυῖαι ἀλλοτρίῳ ζυγῷ προσταλαιπωρεῖσθαι. (Γ.) Ταῦτα ἀκούσας ὁ Κάρουλος λίαν ἠχθέσθη καὶ μαινομένῳ ἦν, ὡς εἰπεῖν, παραπλήσιος, ὅτι χρονίους ἐλπίδας ἐς πέρας ἐληλυθυίας ἤδη καὶ μονονουχὶ τῶν κόλπων ἐντὸς ὅλους ἀποφορτιζομένας καρποὺς F ἐξαίφνης, ὡς εἰπεῖν, ἐν αὐτοῖς τοῖς λιμέσιν ἀνατραπείσας τεθέαται. ὅθεν ἔαρος τελευτῶντος ἧκε μετὰ βαρείας δυνάμεως. ἀλλὰ κραταιοτέρῳ ἤδη συμμίξας τῷ Θευδερίχῳ κατά τε πλῆθος V. 110 καὶ ἀντίπαλον δύναμιν οὐχ ὡς ἤθελεν ἀπήλλαξε. τούτου μὲν οὖν ἐς τοῦτο τελευτήσαντος τοῦ ἐνιαυτοῦ ἅμα ἦρι πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν Ἰταλίαν διαβιβάζει ἐς Σικελίαν ὁ Κάρουλος, ἵνα τελευταία δὴ κρίσις αὕτη καὶ πέρας τῶν μακρῶν κατασταίη πολέμων. ἀλλὰ P. 134 πολλῷ πλείους αὖθις ἀποβαλὼν ἡττημένος ἐπ' οἴκου ἀναχωρεῖ, πανήγυριν, ὡς εἰπεῖν, ἐπαγόμενος θλίψεων. ταῦτ' ἄρα καὶ ἐς τὸ ἄπορον πανταχόθεν τῇ γνώμῃ συνελαθεὶς περὶ σπονδῶν πρὸς Θευδέριχον ἤδη διαπρεσβεύεται καὶ τέκνων γαμικὰ συναλλάγματα.

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

γ'. Ἐπεὶ δ' οὕτω ταῦτα ἀλλήλοις ξυνέβησαν καὶ τὰ ὅπλα θέμενοι ἀστασίαστον ἦγον εἰρήνην οἱ ῥῆγες, σκοπεῖσθαι τοῖς τοῦ Θευδερίχου συμμάχοις ἐπῄει, ὅποι ποτὲ ἄρα τραπόμενοι τὴν κερδαίνουσαν εὕρωσιν. οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοῖς οἰκίαι καὶ κτήσεις ἑστῶσαι, ἵνα τὴν ἐπάνοδον αὐτῶν ἐπισπεύδωσιν· ἀλλ' ἄλλοθεν ἄλλος καὶ B

7. ὅλας W. 20. ξυνέθεσαν A.

tes, quibus classis constabat, ac totidem, quos inter equites retulerat, secum adduxisset, statim omnes Siculae urbes, quascunque Carolus captas subegerat, tessera veluti conversa, ad Theodoricum redierunt, alienum iugum tolerare haud assuetae. (III.) Id Carolus cum audiisset aegerrime tulit, ut quodam quasi furore percitus videretur, quod diuturnas spes suas ad exitum iam perductas, et omni laborum fructu tantum non cumulatas, in ipso portu cerneret effusas. Igitur exeunte vere cum magnis copiis adventat. Sed cum Theodorico iam et numero et viribus firmiore congressus aliter quam volebat discessit. Eo anno sic exacto sub veris initium totam Italiam, ut ita dicam, Carolus in Siciliam traducit: ut ultima haec disceptatio esset, quae diuturnis bellis finem imponeret. Sed denuo longe pluribus amissis victus domum redit, malorum gravissimorum numerosum veluti agmen secum trahens. Rebus ergo ex omni parte desperatis legatos ad Theodoricum de pace et affinitate inter liberos iungenda mittit.

3. Quae cum utrinque placuissent, armisque positis reges pacem concordem agitarent: Catalanis, Theodorici sociis, deliberandum esse visum est, quo conversi rebus suis consulerent. Neque enim aedes illis aut certae possessiones erant, quae eos reditum suum urgere cogerent: sed alius aliun-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

πολλοὶ πολλαχόθεν ἄσκευοι καὶ γυμνῆτες κέρδους ἕνεκα λῃστρι-
κοῦ συνδραμόντες πλανῆτα καὶ διαπόντιον ἔβοσκον βίον. ἔδοξεν
οὖν τῷ τούτων ἄρχοντι Ῥοντζερίῳ διαπρεσβευσαμένῳ πρὸς βα-
σιλέα Ἀνδρόνικον συμμαχήσειν ἐλθόντα οἱ κατὰ τῶν Τούρκων,
C εἴ γε βουλομένῳ αὐτῷ εἴη. καὶ μέντοι καὶ σφόδρα ἀσμένου τὴν
πρεσβείαν προσδεξαμένου τοῦ βασιλέως, ἄρας ἐκεῖνος ἧκεν ἐκ
Σικελίας ἐς δισχιλίους ἐπαγόμενος ἄνδρας· ὧν τοὺς μὲν χιλίους
ὠνόμαζε Κατελάνους ὡς ἐκ τοιούτων τὰ πλεῖστα τὸ γένος κατά-
γοντας· τοὺς δ' ἑτέρους χιλίους Ἀμογαβάρους. οὕτω γὰρ ἡ
D Λατίνων φωνὴ τοὺς πεζοὺς ἐν πολέμοις καλεῖ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ
τούτους ἐν μοίρᾳ ταττομένους τοιαύτῃ τούτῳ καὶ οὗτος κέκληκε
τῷ ὀνόματι. (B.) Τοῦτον μὲν δὴ ἐλθόντα γαμβρὸν εὐθὺς ὁ
βασιλεὺς ἐπὶ τῇ ἀδελφιδῇ ποιεῖται Μαρίᾳ, τῇ τοῦ Ἀσὰν θυγα-
τρί, καὶ ἐς τὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς ἀνάγει ἀξίωμα. ἐπεὶ δὲ μετὰ
μικρὸν ἧκε καὶ ἕτερος Κατελάνος, ὄνομα Πιριγκέριος Τέντζας,
E προσκαλεσαμένου τοῦ Ῥοντζερίου, αὐτῷ μὲν δὴ Ῥοντζερίῳ τὸ
τοῦ Καίσαρος ὁ βασιλεὺς περιτίθησιν ἀξίωμα· τῷ δὲ Πιριγκε-
ρίῳ Τέντζᾳ τὸ τοῦ μεγάλου δουκός. ἡ μέντοι τῶν χρημάτων δα-
πάνη, ὁπόση περὶ τὰ ἐκείνων ἐνδύματα καὶ τὰς δωρεὰς καὶ τὰ
P. 135 ἐπέτεια δεδαπάνηται σιτηρέσια, ἐς τοσοῦτον ἀνῆλθεν πλεονεξίας,
ὥστ' ἐν βραχεῖ τὸ βασιλικὸν ἐξεκένωσε ταμιεῖον. ἐπεὶ δ' οὕτω
ταῦτα, καὶ ἔδει διαβάντας ἐς τὴν Ἀσίαν πολεμεῖν τοῖς ἐχθροῖς,
V. 111 τί χρὴ καὶ λέγειν ὁπόσα εἰργάσαντο παριόντες δεινὰ κατὰ τῶν ἐν

14. ἀναίρει A. 15. ὄνομα add. A. 16. προσκαλεσαμένου A. προκαλ. W. 22. διαβάντας A., διαβάντες W. 23. καὶ add. A. ὁπόσα] ὅσα A.

de et multi multis e locis vacui et expediti propter latrocinii emolumenta confluxerant, incertis sedibus in mari oberrantes. Eorum igitur duci Rogerio placuit ad Imperatorem Andronicum legatos mittere, qui significarent, venturum se ei auxilio contra Turcos, si ita vellet. Quae conditio cum valde Imperatori placuisset, e Sicilia Byzantium proficiscitur, duo hominum millia secum ducens: quorum mille Catalanos nominabat, quod plerique ab illa gente oriundi essent: alteros mille Almugavaros; sic enim Latinus sermo pedites ad bellum euntes vocat. Idcirco ille hos quoque in eum militiae ordinem ascriptos eo etiam nomine appellavit. (II.) Statim igitur cum venisset, Imperator eum sibi per affinitatem iungit, Maria sororis suae et Asanis filia nuptum illi data, eundemque Magni Ducis dignitate ornat. Sed cum paulo post alius etiam Catalanus Berengarius Entença a Rogerio arcessitus advenisset, ipsi quidem Rogerio Caesaris titulum, Berengario autem Magni Ducis dignitatem Imperator decernit. Impensae vero, quaecunque in eorum vestimenta et donativa et annua stipendia factae sunt, adeo omnem modum excessere, ut brevi tempore fiscum exhauserint. His ita provisis cum in Asiam traiiciendum esset, et cum hoste pugnandum, quid dicam quantas in transitu clades Romanis, qui in oppidula Asiae ma-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

τοῖς περὶ τὴν Ἀσίαν καταφυγόντων πολιχνίοις Ῥωμαίων; ἀν-
δράσι μὲν γὰρ καὶ γυναιξὶν οὐδὲν ἄμεινον, ἢ ὡς ἀνδραπόδοις
ἐχρήσαντο· τοῖς δ' ὑπάρχουσιν ἅπασιν ὡς οἰκείοις ἀδεῶς κατε-
χρήσαντο καὶ ἀπέλαυον ὥσπερ εἰκὸς πολλῶν τῶν ἐνοδίων ἀρῶν
ἐκ μέσης ψυχῆς καὶ μετὰ πάνυ πολλῶν τῶν δακρύων ταύτας κα- B
ταχεόντων τῶν ταλαιπώρων ἐκείνων, οὓς ἠδίκουν. καὶ ταῦτα
μὲν δὴ τὸν πρῶτον ἐπράχθη ἐνιαυτόν. (Γ.) Τοῦ δ' ἐπιόντος
ἔαρος ἀπῄεσαν ἐξελάσοντες τοὺς πολιορκοῦντας τὴν Φιλαδέλφειαν
πολεμίους. διπλοῖς γὰρ ἐπολεμοῦντο δεινοῖς οἱ τὴν Φιλαδέλφειαν
κατοικοῦντες· ἔξωθεν μὲν τοῖς χρονίως ἤδη περικαθημένοις
ἐχθροῖς· ἔσωθεν δὲ πολλῷ χείρονι πολεμίῳ, τῇ τῶν ἀναγκαίων C
ἐνδείᾳ καὶ τῷ λιμῷ. καὶ τοῦτο μὲν τοὔργον κάλλιστά τε καὶ ἀν-
δρικώτατα κατεπράξαντο τῆς ἄνωθεν δεξιᾶς συνεργούσης διὰ τὸ
τῆς ἀρετῆς μέγεθος τοῦ τῆς πόλεως ἱερῶς προεδρεύοντος θείου
ἀνδρὸς Θεολήπτου. ἰδόντες γὰρ οἱ πολέμιοι τὴν τῶν Λατίνων
εὔτακτον κίνησιν καὶ τὴν τῶν ὅπλων λαμπρότητα καὶ τὸ ἄτρεπτον
τῆς ὁρμῆς συσχεθέντες τοῖς φόβοις ᾤχοντο φεύγοντες· οὐ μόνον
τῆς πόλεως ὡς πορρωτάτω σφᾶς αὐτοὺς ἀπάγοντες, ἀλλὰ μικροῦ D
καὶ τῶν πάλαι Ῥωμαϊκῶν ὁρίων αὐτῶν. τοσοῦτος γὰρ καὶ τοιοῦτος
ἐκεῖνος ἐτύγχανεν ὁ στρατὸς, καὶ οὕτως ἄριστα συγκεκροτημένος ἔκ
τε τῶν ὅπλων ἔκ τε τῆς κατὰ πόλεμον ἐμπειρίας ἔκ τε τοῦ πλήθους
(συνεστράτευον γὰρ ἐκεῖ τοῖς Λατίνοις οὐ μόνον οἱ τῶν Ῥωμαίων
ἐπίλεκτοι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ τῶν Ἀλανῶν ὁπόσον ἐτύγχανε στράτευ-
μα) τοσαύτην γοῦν ἐποίει διὰ ταῦτα τοῖς πολεμίοις τὴν ἔκπληξιν, E

8. Φιλαδελφίαν A. 19. Ῥωμαϊκῶν A., Ῥωμαίων W. 22. συνεστρατεύοντο A.

ritima confugerant, importarint? Viris enim et mulieribus pro mancipiis abusi sunt; eorum vero rem familiarem omnem pro sua consumpserunt: et (ut fieri solet) in itinere multas execrationes ex imo pectore profectas, et lacrymas multas collegerunt, quas miseri illi iniuria ab his affecti profundebant. Et haec quidem primo anno acta sunt. (III.) Insequuto autem vere Philadelphiam iverunt ad expellendos hostes, qui eam urbem obsidebant. Nempe cives Philadelphienses geminis malis oppugnabantur: foris hostilibus copiis, quae iamdudum circumsedebant; intus hoste multo graviore, penuria rerum necessariarum et fame. Ac id quidem munus pulcherrime et fortissime administrarunt, dextera ipsa Dei superne adiuvante, propter insignem virtutem Theolepti, divini viri, qui illi urbi praeerat in sacris. Nam cum Turci Latinorum disciplinam militarem armorumque splendorem et violentissimum impetum vidissent, metu perterriti non modo procul ab urbe, sed paene ultra veteres Romanorum fines fuga se abripuerunt. Tantus enim et talis erat ille exercitus, ita et armis et rei militaris usu et militum numero instructus (una enim cum Latinis militabant non modo Romani lectissimi, sed et omnis Alanorum exercitus), ut haud abs re conspectu illius

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ὥστε πολλοί τινες ἔφασαν τότε, ὡς, εἰ μὴ τούτους διὰ δειλίαν τινὰ πρόσω ἰέναι κεκώλυκε τὰ τοῦ βασιλέως προστάγματα, οὐδὲν ἂν ἦν τὸ κωλῦον ὅλας ἐν βραχεῖ τῶν Ῥωμαίων ὁπόσαι πόλεις καὶ χῶραι ὑπῆρχον καθαρὰς πολεμίων παραδοῦναι τῷ βασιλεῖ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἦσαν φθεγγόμενοι πρὸς μόνα τὰ παρόντα βλέποντες ἄνθρωποι καὶ μηδὲν τῶν παρόντων ὑπέρτερον ξυνιέναι δυνάμενοι. F κρίσις γὰρ ὡς ἀληθῶς ἦν ταῦτα θεοῦ πάλαι κυρωθεῖσα, πρὸς ἐσχατιὰς καταβῆναι δυστυχημάτων τὰ Ῥωμαίων πράγματα. καὶ διὰ τοῦτο λόγοις ἀποῤῥήτοις τῆς προνοίας τῶν μὲν ὠφελούντων πλεῖστα ἐδόκουν τὰ ἐμποδὼν, τῶν δὲ βλαπτόντων πολύχους ἡ συνδρομή. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τοὔργον ἅμα ἦρι τελευτῶντι ῥᾳδίως κατεπράξαντο. (Δ.) Ἐπεὶ δὲ πρόσω ἰέναι ἄπορόν σφισιν ἦν παραπομποὺς οὐκ ἔχουσιν, οἳ τὸ σκοτεινὸν καὶ ἀτριβὲς τῆς ὁδοῦ διαλευκα- P. 136 νοῦσι καὶ εὔοδον θήσονται τούτοις (οὐ γὰρ ἄνευ πλείστων νεκρῶν ἑώρων γενησομένην τὴν ὑπερόριον ἐκστρατείαν βουληθεῖσιν ἐκείνοις ἄνευ παραπομπῶν ἀπιέναι), τόδ᾿ ἀμαθῶς οὑτωσὶ μεγάλους ἀναῤῥίπτειν κινδύνους πρὸς τοῦ Ῥοντζερίου οὐκ ἦν, πολλοὺς ἀνατλάντος πολέμους καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν ξυνειλοχότος τὴν πεῖραν· ἀναστρέψαντες διελύθησαν κατὰ γένος, Ῥωμαῖοι μὲν οἴκαδε ἀπιόντες Ἀλανοί τε ὁμοίως· Λατῖνοι δὲ τῷ Ῥοντζερίῳ ἑπόμενοι Καίσαρι πε- B ριῄεσαν τὰς ἐναπολελειμμένας τοῖς ἀθλίοις Ῥωμαίοις πόλεις καὶ κάκιστα διετίθεσαν τὴν πολεμίαν ὁρμὴν ἐπὶ τοὺς καλέσαντας τρέψαντες· πρόφασιν λέγοντες, ὅτι τὴν παρὰ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ταχθεῖσαν ἐπέτειον δαπάνην οὐκ ἐκομίζοντο, καὶ εἶναι

hostes percellerentur, multique dicerent, nisi eos Imperator aliquo metu deterritus longius progredi vetuisset, nihil fuisse prohibiturum, quo minus brevi omnes Romanas et urbes et provincias hostibus vacuas ac purgatas Imperatori tradidissent. Sed ea loquebantur homines, qui praesentia tantum considerabant, neque quicquam altius animo complecti poterant. Divinum enim revera iudicium illud erat, iampridem confirmatum, ut Romanum imperium extremis calamitatibus affligeretur. Quapropter arcanis Providentiae rationibus plurimae res utilia consilia impedire, multae autem ad adiuvanda ea quae noxia essent concurrere videbantur. Sed istam quidem expeditionem sub finem veris facile confecerunt. (IV.) Cum autem longius progredi non possent, propterea quod nullos habebant ductores, qui vias ignotas et minime tritas indicarent, et planum iter ipsis facerent, (videbant enim expeditionem illam longinquam, nemine viam monstrante, sine multis caedibus confici haud posse, neque vero is erat Rogerius, qui multis bellis magna prudentia parta magnum discrimen sic temere adiret) diversi ac dissipati abierunt; ac Romani quidem domum reversi sunt, itemque Alani: Latini vero cum Rogerio Caesare urbes quae miseris Romanis reliquae erant pervagati pessime habuerunt, hostili impetu in eos, a quibus arcessiti fuerant, converso, causam afferentes, quod constitutum ab Imperatore annuum stipendium non accepissent, ac proinde necessario an-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ἀνάγκην, πρὶν ἐπινεμηθῆναι σφᾶς τὸν λιμὸν, ἐπινεμηθῆναι σφᾶς τοὺς καλέσαντας μὲν, μὴ πληροῦντας δὲ τὰ ὑπεσχημένα. ἦν οὖν ἰδεῖν οὐ μόνον τὰς οὐσίας ἄρδην τῶν ταλαιπώρων ἁρπαζομένας Ῥωμαίων, κόρας τε καὶ γυναῖκας ὑβριζομένας, πρεσβύτας τε καὶ ἱερέας ἀγομένους δεσμίους καὶ τάς τε ἄλλας ὑπομένοντας τι- V. 112 μωρίας, ὁπόσας ἡ τῶν Λατίνων δυσμενεστάτη χεὶρ ἀεὶ καινο- C τέρας ἐφεύρισκε κατὰ τῶν ἀθλίων· ἀλλὰ καὶ συχνὰ γυμνὸν ὁρῶντας τὸν πέλεκυν κατὰ τοῦ τραχήλου, ὡς αὐτίκα τεθνηξομένους, εἰ μὴ θησαυροὺς ὁμολογοῖεν χρημάτων. καὶ οἱ μὲν ἐκτιθέμενοι πάντα ὑπέρου γυμνότεροι ἀπηλλάττοντο· οἱ δὲ μὴ ἔχοντες, ὅτου D ἐξωνήσονται ἑαυτοὺς, τῶν ἀκρωτηρίων τοῦ σώματος ἄλλοι ἄλλα ἀφαιρούμενοι θέαμα ἐλεεινὸν παρὰ τὰς ὁδοὺς ἐξετίθεντο, εἴ τις ἄρτου τεμάχιον ἢ ὀβολὸν παράσχοι ζητοῦντες· ὡς ἐπ' οὐδενί τινι τῶν πάντων ἑτέρῳ τῶν ἀφορμῶν τοῦ ζῆν καταλειπομένων, ἢ ἐπὶ τῇ γλώττῃ καὶ ταῖς τῶν δακρύων πηγαῖς. (E.) Ταῦτα πυνθανομένῳ τῷ βασιλεῖ οὐδ' ὅλως ἀνεκτὰ εἶναι ἐδόκει τήν τε Ῥω- E μαίων γῆν πολλῷ πλέον ἢ κατὰ πολεμίους λυμαινόμενα καὶ ἅμα θεὸν παροξύνοντα κατὰ τῶν ἐξ ἀλλοδαπῆς προσκαλεσαμένων αὐτούς· οὔτ' ἄλλως εὔπορον ἦν τῆς ἀδικίας τίσασθαι αὐτοὺς, ἐνδείας μακρᾶς τὰ βασιλικὰ καταγελώσης στρατόπεδα. ἐν στενῷ τοίνυν ὄντος αὐτοῦ καὶ μηχανῆς δεομένου τινὸς βοηθούσης διαβαίνει πρὸς Θρᾴκην ὁ Καῖσαρ Ῥοντζέριος τὸν Λατινικὸν ἐπαγόμενος πάντα στρατόν. οὐ γὰρ ἐλέλειπτο ἔτι τοῖς ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαί- F

1. τὸν λιμὸν — σφᾶς add. A. 5. τε add. A.

tequam fame consumerentur, eorum opes consumerent qui se arcessissent, et pactis ac conventis non stetissent. Itaque cernere erat bona miserorum Romanorum omnia diripi, virginibus et matronis contumeliose illudi, senes et sacerdotes vinctos abduci, et supplicia cum alia pati, quae nova quotidie in miseros Latinorum immanitas excogitabat: tum imminentem cervicibus securim, ut iamiam morituros, videre, nisi abditam pecuniam ostendissent. Qui omnia proferebant, pistillo nudiores abibant: qui nihil quo se redimerent habebant, extremitatibus corporum mutilati miserabile in viis spectaculum iacebant, aliquem scilicet quaerentes, qui frustum panis aut obolum porrigeret; ut quibus nihil ad sustentandam vitam subsidii, praeter vocem et lacrymarum rivos, reliquum esset. (V.) Quae cum Imperator rescivisset, haudquaquam ferenda ei visa sunt; quoniam haec Romanas provincias longe atrocius quam belli mala affligebant, et simul Deum etiam ad iram concitabant contra eos, qui peregre illos arcessissent. Neque tamen eorum iniurias ulcisci promptum erat, eo quod ob magnam egestatem ludibrio erant Imperatoriae legiones. Angustis igitur rebus, cum opus esset aliquo strategemate, cuius praesens auxilium foret, traiicit Rogerius Caesar, et omnem Latinum exercitum secum in Thraciam adducit. Nihil enim Asiaticis Romanis erat reliquum vel pecuniae, vel re-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

οις οὔτε χρήματα, οὐθ᾿ ὅσα τρέφει δημίων γαστέρας. ἔδοξε μέντοι τοὺς μὲν ἄλλους ἐς τὸ τῆς Καλλιουπόλεως καταλιπόντα φρούριον αὐτὸν ἀπολεξάμενον διακοσίους παρὰ τὸν βασιλέα ἐληλυθέναι Μιχαὴλ ἐν Ὀρεστιάδι διάγοντα τότε τῇ Θρᾳκικῇ μετὰ τοῦ στρατοῦ, ἀπαιτήσοντά τε τὴν ἀποτεταγμένην αὐτοῖς ἐτησίαν P. 137 πρόσοδον καὶ ἀπειλὰς εἰ δέοι προσθήσοντα. οὗ γενομένου καὶ ἐς πυρσὸν ἀναφθέντος, ὃν καὶ πρότερον ὤδινε θυμὸν ὁ βασιλεὺς κατ᾿ αὐτοῦ, ξιφήρεις αὐτὸν περιστάντες συχνοὶ τῶν στρατιωτῶν αὐτοῦ παρὰ τὰ βασίλεια κατακόπτουσι καὶ ἅμα αὐτῷ τινας τῶν περὶ αὐτόν. οἱ γὰρ πλείους ἔλαθον διαδράντες τὸν κίνδυνον· οἳ δὴ καὶ δρόμῳ συντονωτέρῳ χρησάμενοι ἔφθασαν ἀπαγγέλλοντες τὰ πραχθέντα καὶ τοῖς ἐν Καλλιουπόλει Λατίνοις.

B δ΄. Τοῖς μὲν οὖν στρατιώταις ἔδοξε τοῦτο πεποιηκόσι θραῦ- V. 113 σαί τε τῶν Λατίνων τὸ φρόνημα καὶ τὸν τῆς τόλμης ὄγκον ἐς τὸ μετριώτερον ἀπαλλάξαντας σφᾶς ὅσα καὶ δούλους ὑπείκειν Ῥωμαίοις αὐταῖς χερσὶ καὶ αὐταῖς γνώμαις παρασκευάσαι καὶ δυοῖν θάτερον ὁμονοήσαντας ἑλέσθαι, ἢ δουλεύειν Ῥωμαίοις ἑκόντας, ἢ τὴν ἀγαγοῦσαν ἄκοντας ἐπανιέναι. (B.) Ἀλλὰ τὸ ταῦτα λο- C γίζεσθαι διανοίας ἐστὶ χαμερποῦς καὶ ἣν αἱ χεῖρες τῆς φύσεως ἐς ὕλης ἀχλυώδους ἀπολαβοῦσαι πυθμένας κατήνεγκαν, ὡς μηδ᾿ ἐννοεῖν ἔχειν, ὅτι λόγοι προνοίας τὰ πραττόμενα περιτρέχουσιν ἑκάστου τέλους ἔχοντες ἐνέχυρα προκαταβληθείσας αἰτίας, ἃς ἡμεῖς μὲν ἑκόντες ἐπιλανθανόμεθα, τὸ ἐκεῖθεν ἀηδὲς ὑπὸ φιλαυ-

11. συντονωτέρῳ A., συντόνῳ W. ἔφθησαν A. 15. ἀπαλλάξαντας A., ἀπαλλάξοντας W.

rum aliarum, quibus carnificum ventres alerentur. Ac visum illi est, caeteris in praesidio Calliupoleos relictis, cum ducentis militibus delectis Michaëlem Imperatorem, qui tum Orestiade in Thracia cum exercitu commorabatur, convenire, ut et constituta omnia stipendia postularet; et, si esset opus, minas adderet. • Quo facto inflammata iracundia, quam Imperator contra istum iam antea animo conceperat, plures milites strictis ensibus circumdatum iuxta regiam interficiunt, unaque aliquot eius comites. Nam maior eorum pars clandestina fuga periculum evaserunt; iique contentiore cursu Latinis Calliupoli agentibus quid actum esset nunciarunt.

4. Ac Romani quidem milites hoc facinore perpetrato putarunt se Latinorum animos contudisse, et ab insolenti fastu ad meliorem frugem revocatos eo adduxisse, ut et voluntatibus posthac et corporibus ultro tanquam mancipia obnoxii essent Romanis, ac ut duorum alterum uno consensu eligerent, vel illis sponte servire, vel qua venissent, inviti pedem referre. (II.) Verum huiusmodi cogitationes animum humi repentem et crassioris materiae limo ab ipsa natura infixum sapiunt; qui intelligere non possit, quasdam esse Providentiae rationes, quae ad omnes humanas actiones pertineant, et quibus rerum exitus certos causae ipsae praeviae spondeant: porro nos eas quidem ultro oblivisci, et molestiam quae inde existit prae philautia de-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

τίας ἐκκλίνοντες· ἡ δὲ δίκη τῷ γραμματείῳ ἑαυτῆς ἐγχαράξασα θέρους καὶ ἅλωνος εἰπεῖν περιμένει καιρὸν, ἵν' ἐπάξια τῶν σπερμάτων ἀποδῷ τοῖς πράξασι τὰ γεώργια. ἦ γὰρ ἂν ἐξ αὐτῶν ἐδιδάσκετο τῶν πραγμάτων ἄνθρωπος, ὡς ὅσα μὴ συναιρομένην ἔχει τὴν ἄνωθεν δεξιὰν, τούτοις καὶ γῆ καὶ θάλασσα μάχεται καὶ ἀὴρ, D ὥσπερ τινὶ δραπέτῃ θεοῦ καὶ τῆς δίκης ἀλάστορι δραστηρίως ἐπιτιθέμενα· καὶ διδασκόμενος ὅστις ποτὲ εἴη, ἑαυτῷ ἂν παρῄνει μὴ P. 138 ἀντιπαλαμᾶσθαι πρὸς τὴν ἄνωθεν κυρωθεῖσαν ψῆφον, ὁποία ποτ' ἂν ᾖ, μηδὲ βίαιον πράττειν μηδὲν, ἀλλὰ μένοντα κατὰ χώραν ἡσυχῇ διαπεττεύειν τὸν χρόνον καὶ στέργειν μᾶλλον τὴν σύνδρομον τοῦ φέροντος ἀγωγὴν, καὶ εἰ μὴ κατὰ γνώμην φέροιτο, ἢ τὴν ἀντίδρομον. πολλῷ γὰρ δήπου βέλτιον ἀπρακτοῦντα τῷ φέροντι συμφέρεσθαι, ἢ πράττοντά τι καθάπερ ὕλην χορηγεῖν τῇ καθ' ἑαυτοῦ φορᾷ τοῦ καιροῦ. ὅμοιον γὰρ ἂν εἴη τουτὶ, ὥσπερ ἂν εἴ τις πυρὸς B ὁρμὴν δεδιὼς ἔτι τὰ κύκλῳ περιθέουσαν τῆς οἰκίας, ὅδ' ἀντὶ τοῦ πάσῃ χρῆσθαι μηχανῇ ἢ τῆς πρόσω συστέλλειν ὁρμῆς ἢ παύειν τελέως, φρυγάνων ἐπετίθει φακέλλους καὶ ἔλαιον ἐνέχει πολύ· ἢ ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀπαρκτίου σφοδροῦ καταῤῥέοντος ἄνωθεν καὶ δεινὰ πρὸς τὸ κάταντες ἐπαντλοῦντος ἄλλα ἐπ' ἄλλοις τὰ κύμα- V. 114 τα, ὅδ' ἀκατίῳ τινὶ πρὸς ἀνάῤῥουν ἐθελοντὴς ἐπεχείρει ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν. εἶναι γὰρ τουτὶ τῶν οὐ πάνυ τοι μειδιῶσαν C ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον τὴν ὄψιν παρεχομένων τοῖς βουλομένοις,

3. τοῖς πράξ. ἀποδῷ τὰ γεώργ. A. ἦ γὰρ A., καὶ γὰρ W. 14. ἂν ante εἴη add. A. 17. ἐνέχει A., ἐγχέει W. 21. τουτὶ A., ταυτὶ W.

clinare; vindictam vero easdem suis pugillaribus inscriptas custodire, ac messis trituraeque tempus quodammodo expectare, ut quemadmodum quisque sementem fecerit, ita et suo tempore metat. Alioqui sane ipso eventu homo doceri queat, iis quae divinitus non prosperentur, et terram et mare et aerem adversari, tanquam fugitivum Dei, et violatorem iustitiae fortiter ulciscentia. Idem ubi sese cognorit, ipse sibi praecipere queat, non refragandum esse latae divinitus sententiae, qualis ea cunque fuerit; neque violenter quicquam agendum, sed sua sorte acquiescenti fallendum tempus, ac vim necessitatis adiutandam potius quam impediendam, licet aliter agat nos quam vellemus. Longe enim melius esse potentiorem vim sequi nihil agendo, et eodem cum ipsa impetu abripi, quam agendo aliquid materiam veluti praebere iniqui temporis violentiae: quod perinde fuerit, ac si quis flammae impetum reformidans adhuc circum aedes vagantis non quidvis moliatur, quo eam longius progredi vetet, aut etiam prorsus restinguat, sed sarmentorum fasciculos congerat, et multum olei affundat: aut si quis vehementi Borea desuper ingruente et immanes fluctus per pronum ex aliis alios volvente tamen navicula exigua adversis fluctibus ultro navigare incipiat. Ea enim esse eiusmodi, ut aspectum minime laetum iucundumve prae-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ἀλλὰ τούτων ἓν ὁπόσα πολέμιον ἀνατείνει χεῖρα κἀκ τοῦ σύνεγγυς μακρὸν ἐπιφέρει τὸν ὄλεθρον. (Γ.) Μαρτύρια δέ μοι τῶν λεγομένων, εἰ μή τι πλέον ἔχοιμεν ἐν τῷ νῦν εἶναι μεμνῆσθαι, ἀλλ' οὖν τά γε ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις συμβάντα. οὐδενὸς γὰρ ἐλλεί- D ψασι Ῥωμαίοις ὧν ἔδει δρᾷν πρὸς κατόρθωσιν πάντα ἐπῄει τἀναντιώτατα. οἱ μὲν γὰρ Ῥωμαίων στρατηγοὶ δι' ἃ μὴ θέμις ἐν ὑποψίᾳ γινόμενοι, οἱ μὲν ἐν δεσμοῖς ἐγίγνοντο, οἱ δὲ πόῤῥω τῆς βασιλικῆς ἵσταντο εὐμενείας. ὅθεν ἀλλοφύλου συμμαχίας ἐλθούσης πρῶτα μὲν τῆς τῶν Μασσαγετῶν, ἔπειτα τῆς τῶν Λατίνων, πολ- E λαπλασίονα συνεπεπτώκει Ῥωμαίοις γενέσθαι τὸν ὄλεθρον ἐξ αὐτῶν, ἢ τῶν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐχθρῶν. ὧν ὡς ἐκ πολλῶν μέτρια καὶ ἡμεῖς ἔφθημεν εἰρηκότες, ἃ δὴ σαφοῦς ἂν εἴη θεομηνίας δείγματα, εἴ τις ὀρθῶς καὶ πάθους ἐκτὸς ἐθέλοι σκοπεῖν, καὶ παιδεία μετρία οὐ μετρίων πλημμελημάτων. τούτων ἐναργέστερον δεῖγμα καὶ ὁ τοῦ Ῥοντζερίου Καίσαρος ἐγεγόνει θάνατος. τὸν γὰρ ἐκ τῆς προσκλήσεως μετάμελον θεραπεύειν Ῥω- F μαῖοι βουλόμενοι τὸν τούτου κατεπράξαντο θάνατον, ἀπαλλαγὴν εἶναι τοῦτον πονηρῶν πραγμάτων νομίσαντες. ὁ δ' ἀρχηγὸς παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα μειζόνων ἐγεγόνει καὶ μάλα χειρόνων πραγμάτων, ὡς προϊόντες ἐροῦμεν· οὕτω τῆς θείας οὐ συμμαχούσης προνοίας τοῖς τῶν ἀνθρώπων βουλεύμασί τε καὶ πράγμασι πονηρὸν αὐτοῖς ἀπαντᾷ τὸ τέλος καὶ σφόδρα τοι ἐναντιώτατον. P. 139 οὔτε γὰρ βουληφόρος ὁ βουληφόρος, οὔτ' ἀνδρεῖος ὁ ἀνδρεῖος· ἀλλὰ

4. οὐδενὸς A., οὐδενὶ W. 7. ὑποψίαις A. 14. παιδεία μετρία Boiv. pro παιδείαν μετρίαν. Vid. Notas.

beant: immo ex earum rerum numero esse, quae maxime infestae sunt, et ultimum exitium statim afferunt. (III.) Haec ita se habere, si nulla alia in praesenti exempla suppetant, ea certe quae his temporibus acciderunt, abunde comprobent. Nam cum Romani nihil quod ad rem bene gerendam pertineret omisissent, adversationes maximas fortunae experti sunt. Romanorum enim duces cum iniustis de causis in suspicionem venissent, alii in vinculis erant, alii ab Imperatoris benevolentia longe summovebantur. Unde cum externa venissent auxilia, primum Massagetarum, deinde Latinorum, ab iis longe maior quam a manifestis hostibus pernicies Romanis exorta est. Ac nos iam pauca e multis protulimus, quae si quis recte et sine affectu expendat, manifestam Dei iracundiam arguunt, licet mediocrem contineant non mediocrium delictorum castigationem. At eiusdem rei documentum evidentius est ipsa caedes Rogerii Caesaris. Nimirum Romani, quos illius arcessiti poenitebat, suae aegritudini mederi cupientes eius hominis caedem peregerunt, et molestiis negotiis defunctum iri se hoc pacto speraverunt. Sed illud ipsum facinus, ut progressu orationis dicemus, longe maiorum et graviorum malorum causa extitit. Ita quoties divina Providentia consiliis et actionibus humanis non suffragatur, malus et plane infelix exitus iis succedit. Nam nec prudentibus consiliis valet vir prudens,

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

τά τε σοφὰ βουλεύματα πρὸς ἄσοφον τελευτῶσι πέρας καὶ τὰ γενναῖα καὶ ἀνδρικώτατα πράγματα ἄνανδρόν τε καὶ μάλα αἰσχρὰν τὴν ἧτταν καρποῦνται. ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν εἰς ταῦτα ἐξέβημεν. (Δ.) Πυθόμενοι γὰρ οἱ κατὰ τὴν Καλλιούπολιν Λατῖνοι τὸν τοῦ Καίσαρος φόνον πρῶτον μὲν πάντας τε ὁπόσοι Ῥωμαίων ἐς Καλλιούπολιν ᾤκουν κατέσφαξαν ἡβηδόν· καὶ τὰ τείχη λαμπρῶς ὀχυρώσαντες κράτιστον εἶχον ὁρμητήριόν τε καὶ φρούριον. B εἰς διττὰς δὲ μοίρας ἔπειτα διαμερισάμενοι τὰ οἰκεῖα στρατεύματα τῶν μὲν τὰς ἑαυτῶν ἐπλήρωσαν τριήρεις, ὀκτὼ τὰς πάσας οὔσας, καὶ ναύαρχον ταύταις ἐπέστησαν τὸν Πιριγκέριον Τέντζαν, ἵνα κατὰ τὸν Ἑλλησπόντιον ναυλοχοῦσι πορθμὸν αἱ τῶν Ῥωμαίων ὁλκάδες ἀνιοῦσαι καὶ κατιοῦσαι ἁλίσκωνται. οἱ δ' ἕτεροι τὴν ἑαυτῶν πανοπλίαν ἀναλαβόντες ἐπὶ λείαν καὶ ὄλεθρον τῆς ἄλλης ἐξῄεσαν C Θρᾴκης καὶ κακῶς αὐτὴν διετίθουν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπιπορευόμενοι. ἀλλὰ τῷ μὲν Πιριγκερίῳ Τέντζᾳ μετὰ τοῦ ναυτικοῦ παντὸς οὐ μακρῶν ἐδέησε τῶν καιρῶν τῇ προνοίᾳ εὐκαιρίαν ἐπιτηδεῦσαι θανάτου. ἀναγομέναις γὰρ ἐκ Γεννούας μετὰ βραχὺ τριήρεσι δέκα ἓξ λαμπρῶς ὡπλισμέναις διὰ τὰς τῶν πειρατῶν ἀκοὰς ἀγνοίᾳ συνεισπεσόντες αὐτοί, οἱ μὲν αὐτῶν ἔργον ἐγένοντο θαλάττης, οἱ δὲ ξίφους· ὁ δὲ ναύαρχος Πιριγκέριος ζωγρεῖται σὺν ἅμα συχνοῖς τῶν ἀμφ' αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοφύλοις πιπράσκεται. (Ε.) Ἀλ- D λὰ γὰρ οὕτω γυμνωθέντες ἐξαίφνης οἱ Κατελάνοι θαλάττης τε ἅμα καὶ μεγάλης μοίρας στρατοῦ ἐπὶ συχνὰς τὰς ἡμέρας ἔμειναν κατὰ χώραν ὑπεπτηχότες τὸ τοῦ μέλλοντος ἄδηλον· ἀτολμότεροι

10. Πιριγκέριον et sic ubique A., Πιριγγέριον W. 12. τὴν add. A.
14. μεθ' ἡμέραν A., μεθημέραν W.

nec fortitudine vir fortis. Immo et provida consilia in finem improvisum incurrunt, et facta generosa ac fortissima ad ignavum et turpem casum devolvuntur. Sed ad institutum redeundum est. (IV.) Latini itaque, qui Calliupoli erant, audita caede Caesaris primum omnes Romanos cuiuscunque aetatis in ea urbe habitantes iugularunt, et moenibus egregie munitis tutissimum in iis receptum ac praesidium habuerunt. Deinde suis militibus in duas partes divisis una parte triremes suas, quae omnino octo erant, compleverunt, eisque navarchum Berengarium Entençam praefecerunt, ut ex insidiis naves Romanorum onerarias, seu ascendentes, seu descendentes, in Hellesponti angustiis exceptarent: altera armis omnibus sumptis praedatum in Thraciae reliquae perniciem exiverunt, eamque noctu atque interdiu incursando vastare coeperunt. Ac Berengarius Entença cum omni sua classe providentia numinis exiguo tempore summum discrimen adiit. Nam cum imprudentes in sexdecim naves, quae tum ex urbe Genua adveniebant, metu piratarum egregie armatas incidissent, partim demersi, partim caesi sunt. Navarchus vero Berengarius cum multis suorum captus suis popularibus venditur. (V.) Verum Catalani adeo subito et classe et magna parte suorum amissa complures dies immoti manserunt, incertum eventum metuentes, imminuta

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. V. 115

τε ἐγένοντο καὶ μάλα ταῖς γνώμαις περιδεεῖς. ὑπέτρεχε γὰρ αὐτῶν τὰς διανοίας καὶ οὐ μετρίως ἐσπάραττε τό,τε τῶν Μασσαγετῶν δέος, ὅτι κατὰ τὴν Ἀσίαν αὐτοῖς συστρατεύοντες ἐξεπολεμώθησάν τε κατ᾽ αὐτῶν ἐπὶ μικραῖς τισι ταῖς αἰτίαις καὶ συχνοὺς αὐτῶν πεφονεύκασι· τούς τε αὖ τῶν Θρᾳκῶν στρατιώτας E ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς οὐ μικρῶς ἐδεδίεσαν. τάς τε γὰρ χώρας αὐτῶν χθὲς καὶ πρώην συχνὰ παρεξιόντες ἐδῄουν καὶ τὰς οἰκίας ἀδεῶς ἐνεπίμπρασαν· καὶ οὐδεμίαν οὐδέσι φιλανθρωπίας κατέλιπον πρόφασιν, ὥστε βουληθεῖσι σπείσασθαι τῷ βασιλεῖ κείσεσθαί F σφισι τὸ πρᾶγμα κινδύνων ἐκτός. καὶ τό γε τῶν φόβων ἔσχατον σφισιν ὑπῆρχεν, ὅτι καὶ τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ὄντα ἐπίδοξον ἤκουον ἥκειν ἐπ᾽ αὐτοὺς σὺν πολλῷ τῷ στρατῷ. ὅθεν βαθεῖαν περὶ τὸ φρούριον τάφρον ἐλάσαντες καὶ χάρακα κύκλῳ βαλλόμενοι πρὸς πολιορκίαν παρεσκευάζοντο, πολλὰ πρότερον ἐκ τῆς λείας ἐνθέμενοι τὰ χορτάσματα. ἐπεὶ δ᾽ ὅ,τε χρόνος ἐτρίβετο καὶ ἡ προσδοκωμένη τοῦ βασιλέως ἔφοδος οὐ παρῆν, ἐπ᾽ ἄλλας P. 140 ἐτρέποντο σκεμμάτων ὁδούς. ἀλλὰ γὰρ οὕτω τοῖς Κατελάνοις τῶν πραγμάτων συνελαθέντων οὐκ ἦν ἐπ᾽ ἀλλοδαπῆς διάγειν φόβων ἐκτός· ἀλλ᾽ ὑποψίαι κινδύνων πολύτροποι πανταχόθεν ἔθραυον σφᾶς. ὅθεν εἰς ἀνάγκας τοιαύτας ἐληλυθότες ἐπινοοῦσι πρᾶγμα κακομήχανον καὶ πολὺν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ὠδῖνον τὸν ὄλεθρον. καὶ δὴ διαπρεσβεύονται περὶ συμμαχίας πρὸς τοὺς ἀντιπέρας οἰκοῦντας τῶν Τούρκων καὶ λαμβάνουσι τότε μὲν B πενταχοσίους ὁπλίτας τρισχίλιοι ὄντες αὐτοί· μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ

4. σμικραῖς A, 8. ἐνεπίμπρ. A., ἐνεπίπρ. W.

audacia et animis valde trepidis. Eos quippe incesserat ac non mediocriter turbabat Massagetarum metus, quorum in Asia secum militantium inimicitias parvis de causis susceperant, occisis etiam eorum quamplurimis. Quia et Thracios milites haud parum timebant, quorum agros et aedes paulo ante crebris incursionibus vastaverant, ac domos audacter incenderant. Nec ullam sibi veniae a quoquam impetrandae spem reliquerant; ut nec si vellent pacem cum Imperatore facere, citra periculum eam facturos se sperarent. Illud autem terrorem eis maximum incutiebat, quod Imperator Michaël mox adventurus et eos magnis cum copiis oppugnaturus ferebatur. Igitur profunda fossa circum castellum ducta, eaque vallo undique munita, ad tolerandam obsidionem se accingebant, commeatu ex praeda sibi ante proviso et in oppidum intromisso. Sed cum tempus tereretur, et expectatus Imperatoris adventus differretur, ad alia consilia se convertunt. In eas enim angustias redacti, ut externo in solo nusquam securi vivere possent, sed undique vario periculorum terrore urgerentur, in eam inquam necessitatem adducti funestam et ultimum Romanis exitium allaturam fraudem excogitant. Turcos in adverso littore habitantes missis legatis socios sibi asciscunt, et cum ipsi ter mille essent, quingentos ab illis accipiunt. Nec

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ἑτέρους οὐκ ὀλίγους αὐτομόλους ἰόντας· σὺν οἷς ἐξιόντες συχνὰ
τὴν ὅμορον χώραν ἐδῄουν καὶ πάσας ἀγέλας συνήθροιζον ἵππων
τε καὶ βοῶν καὶ ποιμνίων ἅμα τοῖς ἔχουσιν. ἐπεὶ δ' ἐπιπλέον
φέρειν οὐκ ἦν οὔτε Ῥωμαίοις, οὔτε τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων, πο-
λέμου συγκρότησις οἰκονομεῖται παρ' ἀμφοτέρων. (ϛ'.) Τῶν
οὖν Κατελάνων ἅμα τοῖς Τούρκοις δυοῖν μεταξὺ πολιχνίων τὰς
διατριβὰς τηνικαῦτα ποιουμένων, Κυψέλλων καὶ Ἄπρων φημί, C
ἀναλαβὼν ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ τὰς Θρᾳκικάς τε καὶ Μακεδονικὰς
δυνάμεις καὶ ξύν γε αὐταῖς τάς τε Μασσαγετῶν καὶ ὅσαι τῶν
Τουρκοπούλων φάλαγγες ἦσαν, κατεστρατοπέδευσε πρὸς τὸ περὶ
τοὺς Ἄπρους πεδίον. χίλιοι δ' ἦσαν οἱ Τουρκόπουλοι οὗτοι, οἳ
τῷ Σουλτὰν Ἀζατίνῃ πρὸς Ῥωμαίους, ὡς εἰρήκειμεν, ἠκολού-
θησαν μὲν αὐτομολήσαντι, ἀπαχθέντι δ' ἐκεῖθεν μετὰ τῶν Εὐ-
ρωπαίων Σκυθῶν, ὡς δεδήλωται, οὔτε συναπήχθησαν καὶ τὴν D
Ῥωμαίων ἀσπασάμενοι συνδιαίτησιν καὶ τὸ ἱερὸν μετὰ τῆς εὐσε-
βείας εἵλοντο βάπτισμα· καὶ ἦσαν τοῦ λοιποῦ τῇ Ῥωμαίων ἐξε-
ταζόμενοι καὶ αὐτοὶ στρατιᾷ. ἐπεί γε μὴν οὐ πάνυ πολλῶν πα-
ρελθουσῶν ἡμερῶν ἧκόν τινες τῶν σκοπῶν ἀπαγγέλλοντες ἥκειν
τοὺς πολεμίους, ἀναστὰς ὁ βασιλεὺς τόν τε στρατὸν ὁπλίζεσθαι
καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ ἡγεμόνας παρατάττεσθαι καὶ παρατάτ-
τειν ἐκέλευε πρὸς τὸν πόλεμον τούς τε λοχαγοὺς καὶ τὰς φάλαγ- E
γας. τοὺς μέντοι πολεμίους τριπλῆν πεποιηκότας ἰδόντες τὴν τά-
ξιν τριπλῆν καὶ αὐτοὶ πρὸς ὁμοίαν ἀντιπαράταξιν τὴν ἑαυτῶν πε-
ποιήκεσαν. καὶ τὸ μὲν εὐώνυμον κέρας οἱ Τουρκόπουλοι μετὰ

7. τηνικαῦτα add. A. 13. ἐκεῖθεν A., ἐκείνῳ W. 20. τοὺς στρατ.—παρατάττεσθαι καὶ add. A.

longo post multi etiam transfugae se ad illos conferunt: cum quibus egressi finitimos agros infestabant, atque omnes equorum et boum et ovium greges una cum earum rerum possessoribus colligebant. Quae cum nec Romani nec Romanorum Imperatores ferre diutius possent, bellum utrinque apparari coeptum est. (VI.) Catalanis igitur et Turcis inter duo oppidula, Cypsella et Apros, per illud tempus commorantibus, Imperator Michaël cum Thraciis et Macedonicis copiis, nec non Massagetarum et Turcopulorum phalangibus, in ea planitie quae est circa Apros castrametatur. Erant autem illi Turcopuli mille, qui Sultanum Azatinem, cum is ad Romanos, ut ante diximus, transiisset, sequuti erant: sed cum illo ab Europaeis Scythis, ut et supra dictum est, abducto non abierant, verum Romanorum consuetudinem una cum religione et sacro baptismate amplexi fuerant, atque ex eo inter Romanos milites numerabantur. Cum haud multi dies elapsi fuissent, et aliqui e speculatoribus adventum hostium nunciarent, surgit Imperator; exercitum in armis esse iubet; ducibus ac tribunis edicit, parati sint ipsi, ac praeterea cohortium ductores cohortesque instruant. Qui cum hostilem aciem tripartito distributam viderent, suam ipsi quoque, ut aequalis pugna esset, tripartito diviserunt. Ac Turcopulos quidem cum

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τῶν Μασσαγετῶν ἐκληρώσαντο· τὸ δεξιὸν δ' οἱ τῶν Μακεδονι-
κῶν τε καὶ Θρᾳκικῶν ἱππέων ἐπίλεκτοι· τὸ δὲ μέσον οἱ πλεῖστοι
καὶ λοιποὶ μετὰ τοῦ πεζοῦ. ὁ δὲ βασιλεὺς περιϊὼν τὰς τάξεις
ἐπεθάῤῥυνε πρὸς ὁρμὴν ἀνδρικήν. (Z.) Ἅμα δ' ἡλίῳ καὶ οἱ
F πολέμιοι προσελάσαντες μετωπηδὸν ἔστησαν ἑαυτούς, ἔχοντες μὲν
V. 116 ἐφ' ἑκάτερα τῶν κεράτων τοὺς Τούρκους· τὰς δὲ τῶν Κατελά-
νων ὁπλιτικὰς φάλαγγας μέσας διὰ τὸ βάρος. οἱ μὲν δὴ Μασσα-
γέται καὶ πάλαι ἀποστασίαν ὠδίνοντες διὰ τὸ μὴ πάνυ τοῖς Ῥω-
μαίων ἀρέσκεσθαι ἤθεσιν, ἤδη δὲ καὶ λαθραίας προσκλήσεις δε-
P. 141 ξάμενοι παρὰ τῶν Εὐρωπαίων Σκυθῶν, ἐξαίφνης ἐπὶ τοῦ πολέ-
μου τὸν δόλον ἐξέφηναν. ἄρτι γὰρ τῆς συμβολῆς τῶν στρατευ-
μάτων ἑκατέρωθεν σημανθείσης εὐθὺς ἐνέκλιναν οὗτοι καὶ παρὰ
μέρος ἔστησαν, μήτε Ῥωμαίοις βοηθοῦντες, μήτε τοῖς πολεμίοις
μαχόμενοι. τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ Τουρκόπουλοι πεποιήκεσαν, εἴτε
συγκείμενον ὂν ἀμφοτέροις τὸ πονηρὸν τουτὶ δρᾶμα, εἴτε τοῦ και-
ροῦ σχεδιάσαντος οὑτωσί πως. ὃ δὴ καὶ τὰ ἔσχατα ἔσφηλε τοὺς
B Ῥωμαίους ἐν ἀκμῇ τοῦ πολέμου καὶ ὅλον τῆς τύχης τὸν κλῆρον
ἐνεχείρισε φέρον ἀπόνως τοῖς πολεμίοις. ἀπροσδόκητον γὰρ οὑ-
τωσὶ τὸ τοσοῦτον δεινὸν ἐπελθὸν τῷ στρατῷ τοσαύτην ταῖς τού-
των ψυχαῖς ἐνέσπειρε τὴν δειλίαν καὶ τοσοῦτον ἐπήνεγκε θόρυβον
καὶ τῶν τάξεων σύγχυσιν, ὅσην ἂν ἐπενέγκῃ καὶ βαρὺς ἐπιβρίσας
ἀπαρκτίας κατὰ φορτίδος ἐπὶ μεγάλου πλεούσης πελάγους καὶ
τούς τε κάλως καὶ τὰ ἱστία συντρίψας τελευταῖον καταδῦναι καὶ
C αὐτὴν ἐς βυθοὺς καὶ πυθμένας βιάσηται. (H.) Ὁ μέντοι βασι-

Massagetis in sinistro, Macedonicos et Thracios delectos equites in dextro cornu collocarunt: reliquos autem, eosque plurimos, cum peditatu in medio constituerunt. Imperator vero circum ordines obequitans suos ad fortiter pugnandum cohortabatur. (VII.) Orto sole hostes in occursum progressi ex adverso consistunt, Turcis in utroque cornu collocatis, Catalanis medium ob armorum gravitatem obtinentibus. Ibi Massagetae, qui iam olim defectionem parturiebant, quod Romanorum moribus haud delectarentur, et iam occulte ab Europaeis Scythis invitarentur, dolum cum iam in procinctu starent aperuerunt. Nam cum signum pugnae utrinque datum esset, statim ii inclinati seorsum constiterunt, nec Romanos adiuvantes, nec adversus hostem pugnantes. Idem et Turcopuli fecerunt, sive inter utrosque de ea fraude convenisset, sive occasio ipsa derepente id consilii suggessisset. Id quod Romanis in ipso discrimine maximum damnum attulit, et integram hostibus victoriam nullo labore peperit. Siquidem tanta clades, praeter omnem expectationem exercitui illata, tantum terrorem animis militum incussit, tantum apud eos tumultum perturbatis ordinibus excitavit, quantum Aquilo cum onerariam in medio pelago navigantem violentus adoritur, eandemque confractis rudentibus et velis in imum tandem fundum et gurgitem maris demergit. (VIII.) Imperator autem, cum aciem subito tur-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

λεὺς οὑτωσὶ ταραττομένας τὰς τάξεις ἐξαίφνης ἰδὼν καὶ πρὸς φυγὴν τὸ πλεῖστον ὁρώσας σπουδῇ περιθέων ἡγεμόνας καὶ στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς ἐπεβοᾶτο σὺν δάκρυσιν ἐξ ὀνόματος, στῆναι παρακαλῶν καὶ μὴ προῖκα τοῖς πολεμίοις οὑτωσὶ προδιδόναι Ῥωμαίων τὴν τύχην. οἱ δὲ μικρὰ τῶν λεγομένων φροντίζοντες ᾤχοντο φεύγοντες ἀμεταστρεπτί. ἀλλὰ γὰρ ἐς τοσαύτην κεχωρηκότα D τὴν ἀπόγνωσιν τὰ πράγματα βλέπων ὁ βασιλεὺς καὶ τοῦ πεζοῦ τὸ πλεῖστον ἀφειδῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων κατακοπτόμενόν τε καὶ συμπατούμενον, ἔγνω καιρὸν ἔχειν ὑπὲρ τῶν ὑπηκόων ἀφειδεῖν ἑαυτοῦ καὶ κίνδυνον ἀναδέχεσθαι προφανῆ, κατήγορον ἐσόμενον τῆς τῶν στρατευμάτων ἀγνωμοσύνης. καὶ μὲν δὴ καὶ εἰς τοὺς ἀμφ' αὐτὸν συστραφεὶς (λίαν δ' ἦσαν οὗτοι βραχεῖς) „νῦν ἄνδρες," E ἔφη, „καιρὸς, ὅτε βελτίων ὁ θάνατος γίνεται τῆς ζωῆς, τὸ δὲ ζῆν τοῦ θανεῖν πικρότερον." ταῦτα εἰπὼν καὶ τὴν θείαν ἐπικαλεσάμενος συμμαχίαν ἅμα αὐτοῖς ἐμβάλλει κατὰ τῶν πολεμίων καὶ φονεύει μὲν ἔστιν οὓς τῶν προβόλων, διαῤῥήγνυσι δὲ τὴν φάλαγγα, θόρυβον δ' οὐ μικρὸν ἐμποιεῖ τῷ στρατοπέδῳ τῶν πολεμίων. πολλοῖς γε μὴν καὶ αὐτὸς περιπαρεὶς ἅμα τῷ ἵππῳ τοῖς βέλεσιν, αὐτὸς μὲν ἄτρωτος ἔμεινε· τοῦ δ' ἵππου πεσόντος αὐτὸς ἐκινδύνευσε κυκλωθῆναι παρὰ τῶν πολεμίων. καὶ τάχ' ἂν ἐς F τοσοῦτο κακοῦ τὸ πρᾶγμα προὐχώρει, εἰ μή τις τῶν ἅμα αὐτῷ τὴν βασιλέως ζωὴν τῆς ἑαυτοῦ ἀλλαττόμενος ὑπ' εὐνοίας αὐτῷ μὲν βασιλεῖ τὸν ἑαυτοῦ δίδωσιν ἵππον, δι' οὗ καὶ σέσωσται διαδρὰς τὸν ἐπικρεμασθέντα κίνδυνον· ὁ δ' ἀποβὰς συμπατεῖται

8. κοπτόμενον A. 9. ὑπὲρ τῶν om. A.

bari vidisset, et maximam partem fugam spectare, celeriter circumvectus duces, tribunos, centuriones nominatim cum lacrymis inclamat, hortaturque ut stent, nec ita facile hostibus fortunas Romanorum prodant. At illi parum eius verba curabant; immo effuse fugiebant. Quamobrem Imperator in tanta rerum desperatione, cum partem peditum maximam caedi ab hostibus et crudeliter conculcari videret, tempus adesse statuit, quo pro subditis salute sua neglecta manifestum periculum adiret, eoque argumento perfidiam militum refelleret. Igitur ille ad suos conversus, qui perpauci erant, „nunc," inquit, „viri, tempus illud est, quo mors vita potior habeatur et vita morte acerbior." Quae cum dixisset, et divinam opem implorasset, cum illis impetum in hostem facit, et propugnatores quidem aliquot occidit, ac phalange perrupta non parvam hostili exercitui trepidationem iniicit. Sed multis ipse quoque simul cum equo telis undique obrutus, nec tamen vulneratus, equo collapso parum abfuit, quin ab hostibus circumdaretur. Ac fortasse eo infelicitas illius pugnae processisset, nisi quidam e comitibus benevolo affectu impulsus sua ipsius morte Imperatori vitam redemisset, et suum equum illi dedisset; quo conscenso incolumis quidem ille evasit, et impendens periculum effugit: is vero qui ex equo desiluerat, ab ho-

A. M. παρὰ τῶν πολεμίων καὶ ἀπαλλάττει τοῦ βίου. (Θ.) Ὁ μὲν οὖν
6791 ad βασιλεὺς ἄπεισιν ἐκεῖθεν ἐς Διδυμότειχον· μακρὰν δὲ παρὰ τοῦ
6836 πατρὸς καὶ βασιλέως ἀκούει τὴν μέμψιν, ὅτι βασιλεὺς ὢν οὐκ
Imp. Andron. Senioris. ἄξια πράττει τῆς βασιλείας ἀφειδῶν τῆς οἰκείας ζωῆς οὑτωσὶ καὶ
P. 142 τὸν τῶν Ῥωμαίων κίνδυνον διακυβεύων ἐπὶ τοῦ σώματος οἷον ἐξ
αὐτομάτου. οἱ δὲ πολέμιοι τοὐντεῦθεν ἐς δίωξιν τῶν φευγόντων
τραπόμενοι οὓς μὲν ἔκτεινον, οὓς δὲ ζωγροῦντες εἶχον· ἕως γι-
νομένης ἑσπέρας ἀπεῖπον τὴν δίωξιν. ἅμα δ' ἡμέρᾳ σκυλεύσαν-
V. 117 τες τοὺς νεκροὺς καὶ τὰ λάφυρα διελόμενοι ἀδεῶς τὰς ἐπὶ Θρᾴκῃ
B κώμας ἐπόρθουν καὶ ἔκαον ἐπιτρέχοντες. οὐ πολλαὶ μεταξὺ διῆλ-
θον ἡμέραι καὶ πρὸς Κατελάνους αὐτομολοῦσιν οἱ ῥηθέντες Τουρ-
κόπουλοι καὶ ἀσμένως δεχθέντες τοῖς τοῦ Χαλὴλ ὡς ὁμοφύλοις
συγκατελέγησαν Τούρκοις. Χαλὴλ δ' ὁ τῶν Τούρκων ἀρχηγὸς
ὠνομάζετο. (Ι.) Μετ' οὐ πολὺ δ' ἐκπολεμωθῆναι συνέβη τόν
τε Φαρέντζαν Τζυμῆν καὶ τὸν Πιριγκέριον Τέντζαν κατὰ Ῥεκα-
C φόρτου τοῦ ἑαυτῶν ἡγεμόνος, ἀνάξιον εἶναι λέγοντας, τῶν εὖ
γεγονότων ὄντας αὐτοὺς ἄρχεσθαι παρ' ἀνδρὸς δυσγενοῦς καὶ
βαναύσου τὴν τύχην. καὶ ἵνα τἂν μέσῳ συντέμω, ὅπλοις ἐπιτρέ-
πουσι τὴν τῆς ἔριδος τύχην. ἀλλ' ὁ μὲν Πιριγκέριος Τέντζας πί-
πτει παρὰ τὴν μάχην εὐθύς· ὁ δὲ Φαρέντζας Τζυμῆς καταφεύ-
γει πρὸς βασιλέα Ἀνδρόνικον· καὶ οὕτω παρ' ἐλπίδα λαμπρᾶς
τυγχάνει τῆς ὑποδοχῆς, ὥστε καὶ ἐς τὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς ἀνά-
D γεται ἀξίωμα καὶ Θεοδώρᾳ τῇ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῇ χηρευούσῃ
συζεύγνυται. (ΙΑ.) Ἐπεί γε μὴν οἱ Μασσαγέται λαθραίαις

15. Φάρεντα Τζύην A. 18. τ' ἂν A. 20. Φαρέντας A.

stibus conculcatus occubuit. (IX.) Inde Imperator Didymotichum proficiscitur, et prolixe a patre obiurgatur, quod Imperator non pro Imperii dignitate se gesserit, sed fortunam Romanorum in eius salute positam periculosae aleae velut sua sponte commiserit. Hostes vero exinde ad persequendos eos qui fugerant conversi alios occiderunt, alios vivos coeperunt: donec superventu noctis revocati a persequendo destiterunt. Mane cadaveribus spoliatis, divisisque manubiis, Thracios pagos impune incursando vastabant et incendebant. Non multis ex eo diebus elapsis Turcopuli illi, quos diximus, ad Catalanos deficiunt, cupideque accepti in Chalelis turmam (id nomen erat Turcorum duci) referuntur, et cum Turcis popularibus suis conscribuntur. (X.) Non ita multo post accidit, ut Ferrandus Ximenes et Berengarius Entença cum Rocaforta duce suo graviter dissiderent: indignum esse dicentes, se claris ortos natalibus homini ignobili et sordidae fortunae parere. Ne autem longum faciam, litis disceptationem armis permittunt. Ac Berengarius quidem Entença statim in pugna cadit. Ac Ferrandus Ximenes ad Imperatorem Andronicum fugit: a quo praeter spem ita splendide exceptus est, ut ei Magni Ducis titulus decerneretur, et uxor daretur Theodora, Imperatoris ex sorore neptis, quae tum vidua erat. (XI.) Caeterum cum Massagetae, clandestinis pactionibus ad Scythas praemissis,

ἔφθησαν πέμψαντες ἐς τοὺς Σκύθας συνθήκας πανοικὶ πρὸς αὐ- A. C.
τοὺς αὐτομολήσειν ἐπαγγελλόμενοι, ἀναλαβοῦσιν ἤδη γυναῖκας ἅμα 1282
καὶ παῖδας καὶ μέλλουσι διαβαίνειν τὸν Αἷμον τὸ ὄρος, ὃ δὴ με- ad 1328
θόριον νῦν ἐστι Ῥωμαίοις τε καὶ Βουλγάροις, ἀθρόοι σφίσιν οἱ Imp. Andron. Senioris.
Τουρκόπουλοι σὺν Κατελάνων συχνοῖς ἐπεισπίπτουσιν αὐτοῦ που E
παρὰ τὰς ὑπωρείας καὶ πλὴν ὀλίγων ἅπαντας ἡβηδὸν συναπέσφαξαν. τοῖς γὰρ Μασσαγέταις αὐτοὶ συστρατεύοντες ἐκ πολλοῦ καὶ πολλῶν πολλάκις κεκοινωνηκότες ἀλλήλοις κερδῶν καὶ λαφύρων καὶ φιλονεικιῶν ἐν τοῖς μερισμοῖς οὐκ ὀλίγων καὶ ἀεὶ τὴν ἥττονα μοῖραν λαγχάνοντες, ἅτε μὴ δυνάμενοι πρὸς ἰσχυροτέρους ἀσθενέστεροι μάχεσθαι, διεπέττευον οὕτω τὸν χρόνον ὑπ' ὀδόντα θα- F
λαμευομένην τρέφοντες τὴν ὀργήν. ἣν δὴ καὶ ἐπὶ καιροῦ νῦν εὐτυχῶς ἐς προὖπτον ἐξέῤῥηξαν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

έ. Ἡ δὲ τοῦ βασιλέως σύζυγος Ἀνδρονίκου Εἰρήνη φύσει P. 143
φιλότιμος οὖσα ἠβούλετο κατὰ διαδοχὴν παῖδας καὶ ἀπογόνους
αὐτῆς ἐς ἀπείρους ἡλίους κληροῦσθαι τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν V. 118
καὶ τὸ βασίλειον τουτὶ κράτος καὶ ἀθάνατον διασώζεσθαι τὴν μνήμην αὐτῆς ἐν τοῖς τῶν ἀπογόνων ὀνόμασι. τὸ δὲ καινότερον, ὅτι οὐ μοναρχίας τρόπῳ κατὰ τὴν ἐπικρατήσασαν Ῥωμαίοις ἀρχῆθεν συνήθειαν, ἀλλὰ τρόπον Λατινικὸν διανειμαμένους τὰς B
Ῥωμαίων πόλεις καὶ χώρας ἄρχειν κατὰ μέρη τῶν υἱέων ἕκαστον, ὡς οἰκείου κλήρου καὶ κτήματος τοῦ λαχόντος, ἐκ πατρῶν μὲν ἐς αὐτοὺς κατὰ τὸν ἐπικρατήσαντα νόμον ταῖς περιουσίαις καὶ

7. αὐτοὶ add. A.

velle se ad eos una cum omnibus familiis transfugere significassent, iamque uxoribus et liberis ad se revocatis per Haemum transituri forent (qui quidem mons Romanos a Bulgaris hodie disterminat), in eos Turcopuli frequentes et conferti cum Catalanis quamplurimis circa radices montis impetum faciunt, et paucis exceptis omnes promiscue occidunt. Nam cum longo tempore commilitones Massagetarum fuissent, in lucri et praedae partem cum iis saepe venerant; et altercationibus non paucis in partitione manubiarum exortis, minorem portionem semper acceperant. Quod autem infirmiores essent, et adversus fortiores pugnare non auderent, tempus veluti fefellerant, et iram animo insidentem tacite aluerant, quae tandem opportuna occasione oblata in apertum erupit. Et haec quidem in hunc modum gesta sunt.

5. At Irene Imperatoris Andronici uxor, ambitioso ingenio mulier, suos liberos et nepotes Imperii Romani successionem ac summam potestatem tenere per multas aetates, et immortalem sui memoriam in posterorum nominibus permanere cupiebat: et, quod insolentius erat, non more monarchico, qui iam inde antiquitus apud Romanos vigeret, sed eo qui apud Latinos receptus esset, Romanas provincias ita dividi volebat, ut filii omnes, in ea quisque sorte ac ditione quae sibi obtigisset plenum dominium haberent, ab ipso quidem patre ad illos devolutum, ut iuris est in bonis ac possessio-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

κτήσεσι τῶν βαναύσων ἀνθρώπων κατιόντος· παραπεμπομένου δ' ἔπειθ' ὁμοίως ἐς τοὺς ἐφεξῆς παῖδας καὶ διαδόχους. Λατίνων γὰρ οὖσα γέννημα καὶ παρ' ἐκείνων εἰληφυῖα τουτὶ τὸ νεώτερον ἔθος Ῥωμαίοις ἐπάγειν ἐβούλετο. ἐνῆγε δ' ἐς τοῦτο τὰ μά- C λιστα γνώμη ζηλότυπος, ἣν ὡς μητρυιὰ περὶ τὸν προγονὸν ἔτρεφε, τὸν βασιλέα φημὶ Μιχαὴλ, ὃν ἐκ τῆς προτέρας συζύγου τῆς ἐξ Οὔγγρων ὁ βασιλεὺς γεγέννηκεν. ἔφθημεν γὰρ εἰρηκότες, ὡς ἐξ ἐκείνης μὲν γεγέννηκε παῖδας δύο, τόν τε βασιλέα Μιχαὴλ καὶ Κωνσταντῖνον τὸν δεσπότην· ἐκ δὲ τῆς Εἰρήνης ταυτησὶ τῆς D ἐκ Λογγιβάρδων θυγατέρα μὲν μίαν τὴν Σιμωνίδα, περὶ ἧς ἔμπροσθεν εἰρήκειμεν, ὅπως ἐπέμφθη σύζυγος τῷ Κράλῃ Σερβίας· υἱοὺς δὲ τρεῖς, Ἰωάννην, Θεόδωρον καὶ Δημήτριον· οὓς δὴ πάντας βασιλέας ἐβούλετο καθιστᾷν· δευτέρους μὲν μετὰ τὸν προγονὸν Μιχαὴλ κατὰ τὸ τῆς τιμῆς ἀξίωμα· δευτέρους δὲ καὶ κατὰ τὴν διανομὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἡγεμονίας· αὐτονόμους δὲ καὶ αὐτο- P. 144 κράτορας ἑκάστους καὶ μηδένα μηδενὶ ὑπακούοντας. (B.) Ὁρῶσα τοίνυν τὸν βασιλέα καὶ σύζυγον στοργὴν αὐτῇ χαριζόμενον πλείονα ἢ κατὰ σύζυγον ἐνόμισεν ἕξειν καταπειθῆ καὶ πρὸς τὰ περὶ τῶν παίδων βουλεύματα. ὅθεν οὐ διέλιπε λάθρα νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτὸν ἐνοχλοῦσα δυοῖν θάτερον καταπράξασθαι· ἢ τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ἀποχειροτονῆσαι τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς καὶ ταύτην διαμερίσασθαι τοῖς υἱέσιν αὐτῆς· ἢ τό γε δεύτερον, κοινωνοὺς καὶ B συμμεριστὰς αὐτῷ καὶ αὐτοὺς καταστῆσαι τοῦ κράτους. τοῦ δὲ βα-

4. τὰ om. A. 5. πρόγονον W. 8. δύο A., δύω W. 19. μεθ' ἡμέρ. A., μεθημέραν W.

nibus hominum plebeiorum; ab illis autem deinceps ad eorum liberos et successores simili modo transmittendum. Nam cum Latina stirpe orta esset, novum etiam hunc morem, ab illis acceptum, ad Romanos transferre instituebat. Maxime autem ad eum conatum impellebatur zelotypia quadam, quam ut noverca animo conceperat adversus privignum Michaëlem Principem, quem Imperator ex priore coniuge, ab Hungaris oriunda, susceperat. Nam prima uxor, ut supra diximus, duos filios marito pepererat, Michaëlem Imperatorem et Constantinum Despotam: Irene vero haec Longobardica filiam unam Simonidem quam ante diximus Crali Serviae nuptum esse missam: filios vero tres, Ioannem, Theodorum, Demetrium: quos illa omnes designare Imperatores studebat: qui secundum quidem locum a privigno Michaële tum dignitate, tum ipsa Romani Imperii partitione obtinerent; sed sui tamen iuris essent, et summam potestatem haberent, ita ut nemo alteri pareret. (II.) Cum igitur se affectu plus quam coniugali diligi a coniuge eodemque Imperatore cerneret, eum credidit futurum sibi obsequentem ad ea, quae liberorum suorum causa decrevisset. Itaque ei clam noctu atque interdiu perpetuo instabat, alterutrum ut faceret, sive Michaëli abrogaret Imperium, idque inter suos filios divideret: sive hos illi participes et consortes Imperii redderet. Respondente autem Imperatore, nefas

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

σιλέως ἀδύνατον εἶναι λέγοντος παραλύειν τὰ διὰ πολλῶν ἤδη τῶν χρόνων κυρωθέντα τε καὶ βεβαιωθέντα βασιλικὰ νόμιμα, ἡ δὲ πρὸς ὀργὴν ἐξήπτετο καὶ διάφορα καὶ ποικίλα ἐδείκνυ πρὸς τὸν σύζυγον καὶ βασιλέα τὰ σχήματα· νῦν μὲν λυπουμένη καὶ ἀπολεγομένη τὸ ζῆν, εἰ μὴ τοὺς υἱέας ὄψεται ζῶσα βασιλικοῖς κοσμηθέντας συμβόλοις· νῦν δὲ ἀκκιζομένη καὶ θρυπτομένη καὶ οἷον ἀπεμπολῶσα τῷ συζύγῳ τὴν ὥραν καὶ ὤνιον συγκαταθέσεως C τοῦ περὶ τῶν υἱέων βουλεύματος ποιουμένη. ταῦτα πολλάκις γινόμενα καὶ μηδενὸς ἑτέρου τῶν πάντων γινώσκοντος φέρειν οὐκ ἦν εἰς τέλος τῷ βασιλεῖ. διὸ καὶ τὰ τῆς φλεγμαινούσης ἐκείνης στοργῆς ἤδη κατὰ μικρὸν ἐμαραίνετο, καὶ ἀντεισήγετο μάχη διάπυρος μέν, λανθάνουσα δ' ἔτι τοὺς πλείστους. τέλος δὲ καὶ αὐτὴν ἀπέστερξε τὴν τοῦ λέχους αὐτῆς κοινωνίαν. (Γ.) Ἡ μέντοι σύζυγος Εἰρήνη παραδόξως οὕτω τὴν ταχίστην ἔρημος τῶν D ἐλπίδων καταστᾶσα πολέμιον ἔθρεψεν ἐν τοῖς στήθεσι λογισμὸν κατ' αὐτοῦ. καὶ ἀμύνεσθαι θέλουσα μέν, οὐκ ἔχουσα δ' ὅπως ἄλλως, ᾤχετο ἀπιοῦσα πρὸς Θεσσαλονίκην οὐ μάλα τοῦ βασιλέως ἐθέλοντος. ἐδεδίει γὰρ αὐτός, μὴ κατάφωρα τοῖς πλείστοις τὰ κατ' οἶκον γένωνται πταίσματα. ἡ δὲ διὰ τοῦτο μᾶλλον αἰσχύνειν ἐθέλουσα τὸν βασιλέα καὶ σύζυγον ἀπῄει θριαμβεύουσα κοινὰ καὶ λαθραῖα τοῦ συζύγου ἐγκλήματα, τοῦτο μόνον φυλαξαμένη, V. 119 τὸ πρὸς δήμους καὶ πλήθη προφέρειν αὐτά. πρὸς δέ E γε τὸ πρὸς οὓς ἑκάστη τε καὶ ἑκάστῳ οἷς ἐθάῤῥει τὰ μάλιστα πε-

4. λυπουμένη καὶ ἀπολεγομένη et infra ἀκκιζομένη καὶ θρυπτομένη et ἀπεμπολῶσα A., λυπουμένης καὶ ἀπολεγομένης et ἀκκιζομένης καὶ θρυπτομένης et ἀπεμπολούσης W.

esse violari iura Imperii, quae multis iam saeculis stabilita et confirmata essent, illa ira inflammabatur, et habitu gestuque apud maritum varia et multiplex erat; nunc moerens, seque vitae pertaesam dicens, nisi filios viva Imperatoriis insignibus ornatos videret: nunc fastidiosa et superbe delicata, ac formae usuram marito quasi nundinans, venalemque ea lege copiam sui faciens, ut sua de filiis consilia eius consensu approbarentur. Quae cum saepe nemine alio conscio fierent, ab Imperatore perpetuo ferri non poterant. Itaque ardor ille amoris iam paulatim languescebat; et acris contentio, sed plerisque ignota, succedebat. Tandem etiam eiusdem thori consuetudinem perosus est. (III.) At Irene uxor praeter expectationem tam cito spe sua frustrata hostili in maritum odio exarsit. Cum itaque ulcisci illum cuperet, et aliter non posset, Thessalonicam abiit, Imperatore non admodum volente: quippe qui vereretur, ne mala domestica vulgo innotescerent. Illa autem eo magis cupiens Imperatorem pudore afficere coepit eius peccata sibi cum illo communia eaque occulta diffamare, id solum cavens, ne in publico et pro concione illa proferret; ad aurem vero et viris et mulieribus, quibus maxime fidebat, eadem occinere gestiens abs-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ριάδειν, πρὸς τοῦτο δὲ καὶ μάλα ἀφειδῶς εἶχεν ἡ πολλὴν σχηματιζομένη σεμνότητα. ὑβριοπαθοῦσα γὰρ καὶ μαινομένη καὶ κατεπαιρομένη τῆς ἐκείνου πρᾳότητος καὶ μήτε θεὸν φοβουμένη, μήτ᾽ ἀνθρώπους αἰδουμένη, πολλὰ τῆς φύσεως ἐξεφαύλισεν F ἀπόῤῥητα τοῦ συζύγου τε καὶ ἑαυτῆς ἡ πάντολμός τε καὶ ἀναιδὴς, ἃ κἂν ἠρυθρίασε λέγουσα καὶ ἡ τῶν ἑταιρίδων ἀσελγεστάτη. καὶ νῦν μὲν ἄλλον κατ᾽ ἄλλο μέρος τῶν μοναζόντων ἀπολαμβάνουσα κατηγόρει τοῦ ἀνδρὸς, ὁπόσα ἐβούλετο· νῦν δὲ πρὸς τὰς εἰσιούσας τῶν εὐγενῶν ταῦτά τε καὶ πλείω τούτων ἐξήγγελλε· νῦν δὲ πρὸς τὸν Κράλην Σερβίας τὸν ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸν ἔγραφεν, ὅσα οὐδὲ λέγειν χρεὼν, πανταχόθεν ἑαυτῇ μὲν P. 145 περιποιουμένη τιμὴν καὶ σωφροσύνην, τῷ δὲ συζύγῳ πᾶσαν ὕβριν μηχανωμένη. οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐρίπιστον ὡς γνώμη γυναικὸς, οὐδέ γε προχειρότερον εἰς τὸ πιθανὰς συνθεῖναι διαβολὰς καὶ συκοφαντίας καὶ τὰ οἰκεῖα κακὰ περιτρέψαι τοῖς ἀνεγκλήτοις. ἂν μισῆται, μισεῖν ὑποκρίνεται· ἂν ἐρᾷ, ἐρᾶσθαί φησιν· ἂν κλέπτῃ, κλέπτεσθαι λέγει. καὶ ζητεῖσθαι μὲν φάσκει, βδελύττεσθαι δὲ διὰ σωφροσύνην· καὶ ἐπὶ τούτοις ἐγκαλλωπίζεσθαί τε καὶ θρύ- B πτεσθαι οὐκ αἰδεῖται, οὐδὲ δυσωπεῖται τὸν ἔλεγχον, ἀλλ᾽ εὐδιάβολα τὰ τοιαῦτα εἰδυῖα καὶ ἥδιστα ἀκοαῖς ἀκολάστοις κώδωνος ὀξυτέραν προτείνει γλῶτταν· καὶ ἐπιορκοῦσα παῤῥησιάζεται καὶ μίγνυσι γῆν οὐρανῷ. ἂν δὲ καὶ γένει καὶ ἐξουσίᾳ προέχῃ, ἃ τοὺς ἐλέγχους τῶν ἐγκλημάτων πόῤῥωθεν ὅπως ποτὲ ἀποκρούονται, τότ᾽ εὐμενοῦς δεῖ θεοῦ καὶ θαλάσσης μεγάλης, ἀποπλῦναι τὰς

5. πάντολμός A., παντάτολμός W. 18. τε add. A.

que ulla verecundia, cum alioqui magnam gravitatem simularet. Indignabunda videlicet, furens, lenitati illius insultans, ac neque Deum timens, neque homines reverita, multa coniugis et suae ipsius naturae arcana audax atque impudens mulier retegebat, quae vel impudicissimum scortum sine rubore haud diceret. Nunc apud monachos, alium alibi secum privatim assumens, maritum prout libebat criminabatur. Nunc apud nobiles matronas, a quibus adibatur, eadem et plura recensebat. Nunc ad Cralem Serviae, generum suum, ea scribebat, quae vel dicere nefas est, honorem sibi undecunque et pudicitiae laudem asserendo, maritum vero omnibus contumeliis afficiendo. Nihil enim concitatius est muliebri animo, nihil aeque promptum ad probabiles criminationes calumniasque confingendas et sua mala in insontes conferenda. Cum odio est mulier, simulat se odisse: cum amat, amari dicit: cum furatur, se compilari queritur. Ac expeti quidem se profitetur, sed ea esse modestia ut amatorem execretur: et huiusmodi rebus gloriari et superbire non dubitat, nihil verita ne coarguatur. Immo cum talia crimina facile fingi et iucunda petulantium hominum auribus esse norit, tintinnabulo sonantiorem linguam exerit, audacterque peierat, coelumque terrae miscet. Quod si nobilitate et potentia eminet, quae res indicium omne longe submovent, quo peccata convinci possint, tum propitio Deo est opus, et ma-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ὕβρεις τε καὶ συκοφαντίας τὸν ἄθλιον, καθ' οὗ τὴν γλῶσσαν ἡ πονηρὰ κεκίνηκεν. (Δ.) Ὁ δὲ βασιλεὺς πρᾶός τε ὢν καὶ ἄλλως δειλιῶν τήν τε γλῶσσαν αὐτῆς καὶ τό γε μεῖζον, μὴ τὸν ἑαυτῆς ἐκπολεμώσῃ γαμβρὸν κατὰ τῶν Ῥωμαίων, λέγω δὴ τὸν Κράλην Σερβίας, παντοῖος ἦν θεραπεύων αὐτὴν καὶ πληρῶν τὰ περὶ τῶν C κοινῶν καὶ ἰδίων πραγμάτων ἐκείνης ζητήματα καὶ πλέον ἢ δεσποίνῃ χαριζόμενος αὐτῇ τὰ τῆς ἐξουσίας δίκαια, ἵνα λανθάνῃ D τοὺς πλείστους τὰ μεταξὺ σκάνδαλα. ἡ δ' ἀπογνοῦσα τὴν ἀπὸ τοῦ βασιλέως εἰς τοὺς υἱέας βοήθειαν, ὁποίαν ὡς εἰρήκειμεν αὐτὴ παρὰ τὸ δέον ἐζήτει, μόνη λοιπὸν ἐπεχείρει μηδενὸς ἀμελοῦσα τῶν ὅσα πρὸς δύναμιν ἦσαν αὐτῇ. ἀκούσασα τοίνυν, ὡς ὁ τῶν Ἀθηνῶν δοὺξ θυγατέρα τρέφει παρθένον, διαπρεσβεύεται πρὸς αὐτὸν ἐγγυωμένη ἐκείνῳ γαμβρὸν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Θεό- E δωρον τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν δεύτερον ἐπὶ συμφωνίαις, ἵν' ἡ μὲν ἔνθεν, ὁ δ' ἐκεῖθεν τῷ ἄρχοντι Πελασγῶν τε καὶ Θετταλῶν ἐγείρωσι πόλεμον καὶ μὴ πρότερον παύσασθαι, πρὶν αὐτὸν μὲν ἐκ μέσου ποιήσωνται, τὴν δ' ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ Θεοδώρῳ τῷ ταύτης υἱῷ περιποιήσωνται, ἵν' εἴη κλῆρος ἀρχῆς ἴδιος αὐτῷ καὶ διηνεκής. ἀλλὰ τῶν ἐλπίδων ψευσθεῖσα πλείστοις ἅμα χρήμασι πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἐκπέμπει πατρίδα Λογγιβαρδίαν συζευχθη- F σόμενον θυγατρί τινος ὄνομα Σπινούλα τῶν οὐ πάνυ μεγάλων ἐπὶ γένους περιφανείᾳ καὶ δόξῃ τυγχάνοντος. οὐ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ περισπούδαστόν ἐστι Λατίνων τοῖς εὖ γεγονόσι κηδεύειν, μὴ ὅτι Ῥωμαίοις ἁπλῶς, ἀλλ' οὐδ' αὐτοῖς βασιλεῦσιν· ἄλλως

15. Θεττ. καὶ Πελ. A. 16. ἂν τὸν μὲν A. 22. ἐπὶ add. A.

gno mari ad eluendas contumelias et calumnias ei misero, contra quem improba linguam suam exacuit. (IV.) At Imperator, miti vir ingenio, alioqui cum linguam ipsius, tum vero illud in primis metuens, ne generum suum Serviae Cralem ad bellum Romanis inferendum concitaret, omnibus modis illam placabat, et postulata eius tam publicis quam privatis de rebus exequebatur: plus denique ei potestatis impertiebat, quam dominae conveniret, ut offensae quae intercesserant laterent. Illa vero, cum ea quae pro filiis praeter aequitatem ab Imperatore petierat desperasset, sola deinceps rem aggredi coepit, nihil quicquam omittens, quod in ipsius potestate situm esset. Cum igitur audivisset Ducem Athenarum habere filiam virginem, per legatos petit, ut ea filio suo Theodoro despondeatur, iis conditionibus, ut Pelasgorum et Thessalorum Principi bellum utrinque inferatur, hinc quidem a se, inde autem ab ipso Duce, nec prius arma deponantur, quam is de medio sublatus fuerit, eiusque ditionem Theodorus filius acceperit, proprium nempe et perpetuum eum principatum habiturus. Sed spe frustrata eundem cum pecunia maxima in patriam suam Longobardiam mittit, ut filiam Spinulae cuiusdam, nec generis splendore nec dignitate multum eminentis, uxorem duceret. Latini enim nobiles non modo cum Romanis quibuslibet, sed et cum ipsis Romanorum Imperatoribus iungere affinitates

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. P. 146 V. 120

τε οὐδ' αὐτὴ τῶν ἐπὶ δόξῃ λαμπρῶν ἦν. οὐ γὰρ ἂν ἐς τὰ Ῥωμαίων οὕτω ῥᾳδίως ἐστέλλετο κήδη. μαρκεσίου γὰρ ἀπόγονος ἦν αὕτη· ἡ δὲ τοῦ μαρκεσίου τάξις οὐ τῶν ἐπισήμων ἐστὶ παρὰ Λατίνοις· ἀλλ' ὅπερ ἐν τοῖς Ῥωμαίων στρατεύμασιν ὁ τὴν βασιλικὴν κατέχων σημαίαν, τοῦτο παρὰ Λατίνοις μαρκέσιος. (E.) Ἵνα δὲ πλατύτερον τῷ λόγῳ χρησώμεθα διὰ τὴν τῶν λεγομένων ἐνάργειαν· ὅτε ὑπὸ Ῥωμαίοις ξυνέῤῥει τὰ πράγματα καὶ τὸ τῆς Ῥώμης κράτος καὶ αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, ἔψαυεν οὐρανῶν, B ἐπειδὴ καὶ ὕπατοι τούτων καὶ αὐτοκράτορες, οἱ μὲν Ἀφρικὴν καὶ Λιβύην, οἱ δὲ Γαλατίαν καὶ Ἰβηρίαν καὶ Κελτικὴν ὑπηγάγοντο, οἱ δὲ τὰ πλείω τῆς τε Ἀσίας καὶ Εὐρώπης, τά τε μέχρι Ταναΐδος δηλαδὴ καὶ ὅσα μέχρι Γαδείρων· τότε τοίνυν δουλείας φερόμενοι νόμῳ συνέῤῥεον ἄλλοθεν ἄλλοι συχνὰ πρὸς τὴν ἄρξασαν Ῥώμην, ὅσοι στρατηγοὶ κατὰ τόπους καὶ ὅσοι σατράπαι καὶ βασιλεῖς ἐθνῶν καὶ ἡγεμόνες τόπων καὶ πόλεων· οἱ μέν, ἵνα C γνωστοὶ τοῖς τε Καίσαρσι καὶ Αὐγούστοις καθίσταιντο· οἱ δέ, ἵνα στάσιν τινὰ καὶ κλῆρον ἐν τῇ περὶ τοὺς Καίσαρας συγκλήτῳ καὶ τάξει λαγχάνωσιν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλως ἐνδόξων καὶ ἐλλογίμων προσίασιν, ἵνα τῷ τῆς Ῥώμης δήμῳ αἰδοῦς ἕνεκα καὶ τιμῆς καὶ αὐτοὶ πολιτογραφῶνται καὶ ὀνόματος ἀξιῶνται τῶν ἐπισήμων τῆς Ῥώμης· ὥσπερ καὶ ὁ ἐκ τῆς Παλαιστίνης Ἑβραῖος Ἰώσηπος καὶ Πτολεμαῖος ὁ κράτιστα πάντων D τὰς ἀστρονομικὰς συγγραψάμενος ὑποθέσεις. ὁ μὲν γὰρ Φλαούϊος ἐκεῖθεν ἐπωνόμασται, ὁ Ἰώσηπος· ὁ δὲ Κλαύδιος, ὁ Πτολεμαῖος.

10. οἱ A., ὁ W. 19. προσίασιν A., προΐασιν W. 23. Φλαούϊος A., Βλαύιος W.

plerumque negligunt. Neque vero ipsa ex illustrium numero erat: nec si fuisset, Romano Principi tam facile innupsisset. Erat enim e Marchionum familia oriunda. Marchionis autem dignitas non insignis est apud Latinos. Sed quod est apud Romanos is qui vexillum Imperatorium gestat, id ipsum est apud Latinos Marchio. (V.) Ut autem dilucidiora fiant ea quae dicimus, pluribus est agendum. Cum summa rerum ad Romanos devoluta esset, potentia Urbis ipsos prope coelos attingebat. Eorum enim Consules et Dictatores, alii Africam et Libyam, alii Galliam et Iberiam et Celticam, alii plerasque Asiae et Europae provincias subegerunt usque ad Tanaim et Gades. Ac tum servitutis lege astricti alii aliunde Romam ad dominam urbem in dies confluebant, duces, satrapae, reges, principes nationum et rectores provinciarum: alii ut Caesaribus et Augustis innotescerent, alii ut dignitatis gradum et locum aliquem in Caesareo senatu sortirentur. Accedebant et alii viri clari et spectati, ut reverentiae et honoris causa in civitatem ascriberentur, et illustri aliquo nomine Romano ornarentur: quemadmodum Iosephus Hebraeus ex Palaestina oriundus, et Ptolemaeus, qui de rebus astronomicis omnium optime scripsit. Illinc quippe uterque cognomen accepit, Flavii quidem Iosephus, Ptolemaeus vero Claudii. Tum

τότε δὴ οὖν καὶ τῶν πανταχόθεν συῤῥεόντων ἡγεμόνων Παρθι- A. C.
A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ταῦθα γενομένοις δηλῶσαι τὴν γνώμην, ὁποία τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς τοιούτοις. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων βασιλέων ὁπόσοι θείους καὶ ἱεροὺς ἀνεγηγέρκασιν οἴκους φιλοτιμίᾳ τινὶ πρὸς τοῦτον ἠγέρθησαν τὸν σκοπὸν, καὶ ἦν οὐ πόῤῥω κενοδοξίας καὶ τύφου τινὸς ἡ τοι- D αὕτη φιλοτιμία. ἔνθα δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπιπολάζει, τὸ σεμνὸν ὑφαιρεῖταί πως τῆς πράξεως, καθάπερ μήλου ὥραν ὑφαιρεῖται σκώληξ ἐφεδρεύων. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος οὗτος πολλῷ βέλτιον κρίνας τοὺς προϋπάρξαντας βελτιοῦν τε καὶ συνιστᾷν κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ E τοὺς ἐπιόντας ἐκ τοῦ χρόνου κινδύνους μετὰ τῆς προσηκούσης βοηθείας τε καὶ σπουδῆς ἀποκρούεσθαι, ἢ τοὺς μὲν ἀφιέναι πίπτειν, φιλοτιμεῖσθαι δ' ἐκ βάθρων ἐγείρειν ἑτέρους, ἐν τούτῳ τὴν πᾶσαν ἐκένου σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν. ἐκεῖ μὲν γὰρ καὶ βα- P. 170 σκανία τις ὑφέρπειν δοκεῖ, πείθουσα τῶν παλαιῶν τὰς οἰκοδομὰς καταπίπτειν ἐᾶν, ἵνα καὶ τῆς τῶν οἰκοδομησάντων μνήμης ὁμοῦ τοῖς οἰκοδομήμασι συναποῤῥεούσης καὶ συναποθνησκούσης μένῃ τὰ νέα συστήματα ἐν βαθείᾳ τῶν ἄλλων σιγῇ διατρανοῦντα τὴν μνήμην τοῦ ταῦτα συστήσαντος, καθάπερ οἱ νέοι βλαστοὶ τὴν τοῦ πρός γε τὸ παρὸν ἐπιστάντος ἔαρος χάριν καὶ δύναμιν. ἐνταῦθα δὲ λογισμὸς ἐμβριθὴς καὶ ἀῤῥεπὴς τὰ σκῆπτρα τῆς κρίσεως B καὶ τοῦ βήματος εἰληφὼς κάθηται, μήτε τι κίβδηλον ἐπαγόμενος φρόνημα, καὶ ἅμα ὑπὸ θεῷ μάρτυρι τοῦ συνειδότος μετεωρίζων τὰς πλάστιγγας. (Γ.) Διὰ ταῦτα τοίνυν τῶν πάλαι ναῶν ὁ βασιλεὺς ἐπεμέλετο συνιστάς τε καὶ ὑπερείδων, καὶ ταῦτα πολλῷ μείζονος τῆς τῶν χρημάτων δαπάνης αὐτῶν δεομένων, ἢ εἰ

2. γὰρ om. A. 3. ἠγέρθησαν] ὡρμήθησαν A. 6. μήλων A.
7. καὶ οὗτος A. 12. Pro ἐκείνου Boiv. corr. ἐκένου.

occasio datur, quo animo in huiusmodi rebus fuerit. Nam caeteri quidem omnes Imperatores, qui sacrosanctas aedes extruxerunt, ad eam rem suscipiendam ambitione quadam impulsi fuere. At isthaec ambitio parum abest a vanitate et superbia: quae vitia ubi eminent, honestam actionem dedecorant, velut insidens vermis pomum deformat. Andronicus vero Imperator satius esse arbitratus iam extructas meliorare ac tueri prout deceret, atque imminentia ex vetustate pericula convenientibus auxiliis et diligenti studio submovere, quam eas collabi sinere, et alias e fundamentis ad ostentationem extruere, omnem in id unum curam ac diligentiam conferebat. Etenim illic non deest livoris taciti suspicio, qui ruentia veterum aedificia negligi iubeat, ut simul cum iis monumentis evanescat ac deleatur memoria eorum, qui illa posuerunt; nova autem aedificia, aliis silentio alto obrutis permanentia, eius a quo extructa fuerint nomen praedicent; quemadmodum praesentis veris amoenitatem novi palmites declarant. Hic vero gravitate et constantia animus instructus veluti iudex pro tribunali sedet ac nullo affectu pravo corrumpitur; sed Deo ipso conscientiae suae teste aequam lancem suspendit. (III.) His igitur de causis Imperator vetera fana refici et fulciri curabat, quamvis ea res multo maiores sumptus postularet quam

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

νέους ἐγείρειν ἐβούλετο. καὶ ἵνα τὰ ἐν Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ πολίχνια παραδραμὼν ὅσα τε ἐκαινούργησε καὶ ὅσα ἐκ βάθρων ἀνήγειρε μόνων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει μνησθῶμεν ἔργων, ὁπόσα μέχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον διὰ τῆς τοῦ τοιούτου βασιλέως συνίστανται προμηθείας· ἔστιν ὁ περὶ τὰς πύλας τοῦ Εὐγενίου μέγιστος C νεὼς τοῦ μεγάλου Παύλου· καὶ ἕτερος ὁ τῶν δώδεκα τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν καὶ ἀποστόλων ὁμοῦ· καὶ τὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως τείχη ὅσα ἐκαινούργησε καὶ ὅσα ἐκ βάθρων ἀνήγειρε· καὶ τελευταῖον ὁ μέγιστος οὗτος καὶ περιβόητος τῆς τοῦ θεοῦ D Σοφίας νεώς· ὃν δὴ καὶ ἔτι πλέον περιποιήσασθαι ἤθελε μέν, ἀνέκοψε δ' αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα σκέμματα ὁ καθάπερ λαῖλαψ αἰφνίδιος ἐπελθὼν τῆς βασιλείας μερισμός τε καὶ σύγχυσις· περὶ ὧν λέξομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. (Δ.) Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέ- V. 139 δραμε. τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος δεύτερον ἔτος ἄγοντος ἐπὶ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου, κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν A. C. 1317 ὀκτακοσιοστὸν εἰκοστὸν πέμπτον δηλαδὴ τῆς τοῦ κόσμου συστά- E σεως ἔτος, ἀπαρκτίου βιαίου πνεύσαντος συνέβη πεσεῖν τὸν ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἐπὶ τοῦ κίονος ἀνδριάντος χαλκοῦν σταυρόν· τοῦτον δὴ λέγω τὸν ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ μεγίστου νεὼ τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας ἱστάμενον. διὰ σπουδῆς τοίνυν ὅτι μεγίστης ἔθετο καὶ τοῦτον ἐπὶ τῆς προτέρας ἀναγαγεῖν στάσεως ὁ βασιλεύς. συχναῖς οὖν βαθμίσι ξυλίναις ἐκ τῆς βάσεως τὸν κίονα πάντα περιλαβὼν ἀναπέμπει μέχρι τοῦ ἀνδριάντος· δι' ὧν ἀνιόντες οἱ τῶν F τοιούτων αὐτουργοὶ εὑρίσκουσι πάντα τὸν σίδηρον, ὁπόσος ἔνθεν

3. μόνον A. 15. ςωκεον A.

si nova extruere voluisset. Nos autem Asiae Europaeque oppidulis, quae instauravit et e fundamentis erexit, omissis solius Constantinopolis operum mentionem faciemus, quae in hunc usque diem cura eius consistunt. Sunt autem haec. Iuxta portam Eugenii maximum Pauli Magni templum; duodecim Christi discipulorum seu omnium Apostolorum aedes; item Urbis moenia partim instaurata, partim de integro structa: denique maximum illud et celeberrimum Sanctae Sophiae templum, cui ille maiorem adhuc curam impendere decreverat, cum Imperii divisio ac perturbatio, veluti tempestas quaedam, repente supervenit ac eas cogitationes irritas reddidit: qua quidem de re infra dicturi sumus. (IV.) Verum illud paene me praeteriit. Cum Ioannes Glycys alterum annum in patriarchali solio sederet (qui annus ab orbe condito fuit sexies millesimus octingentesimus vigesimus quintus), accidit, ut vehementi Borea spirante crux aenea e manu statuae supra columnam positae (eam dico quae in vestibulo maximi Sanctae Sophiae templi erecta est) elaberetur. Eam quoque Imperator summa festinatione in pristinum locum reponendam curavit. Crebris videlicet gradibus ligneis columnam ab infima basi totam circumplexus effecit, ut ad statuam usque perveniretur. Per eos gradus cum ii, qui eiusmodi operibus praesunt,

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

κἀκεῖθεν ὑπήρειδε τὸν τοῦ ἀνδριάντος ἵππον ἐς βάθος δαπανηθέντα τῷ ἰῷ· ὡς κινδυνεύειν ἐντεῦθεν ὅσον οὐδέπω πεσόντων τῶν ἐρεισμάτων συγκαταπεσεῖν καὶ τὸν ἀνδριάντα καὶ τὸ κάλλιστον ἀπολέσθαι τοῦτο θέαμα τῆς βασιλευούσης, ὃ μόνον ἐξ P. 171 ὁμοίων καὶ ἰσοῤῥόπων μυρίων ἐλλέλειπται, διαφυγὸν τῶν τε πυρκαϊῶν τὰς ἐπιβουλὰς καὶ τὴν τῶν Λατίνων πλεονεξίαν· ἀνθ' ὧν ἕτερα βελτίω τε καὶ στεῤῥότερα ὑποστήσαντες ἐρείσματα τῷ τοῦ ἀνδριάντος ἵππῳ τὸ ἀσφαλές τε καὶ ἄσειστον ἐχαρίσαντο. ἔπειτα καταγαγόντες καὶ τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλικὸν σύμβολον καὶ ἔτι τὴν ἐν τῇ χειρὶ σφαῖραν βαθύτερον περιήλασαν τὸν χρυσὸν καὶ τηλαυγέστερα κατεσκεύασαν. εἶτα τὸν κίονα πάντα ἄνωθεν B μέχρι τῆς βάσεως τεθραυσμένην τὴν ἐπιφάνειαν ἔχοντα ὑπὸ τῆς τῶν ἥλων ἐκβολῆς, οὓς ἅμα τῷ τὸν κίονα πάλαι καλύπτοντι χαλκῷ περιέσπασαν οἱ Λατῖνοι, λειοκονίᾳ στεῤῥᾷ περιειλήφασι καὶ τὰ χάσματα πάντα συνέσφιγξάν τε καὶ συνεκάλυψαν. (E.) Ἐγὼ δὲ οὐκ ἄξιον εἶναι κρίνας τὴν διὰ πολλῶν ἤδη τῶν χρόνων ἐπὶ τὸν ἀνδριάντα συμβᾶσαν ἐφ' ἡμῶν ταύτην ἄνοδον περιϊδεῖν, καὶ μὴ συναναβὰς τοῖς ἄλλοις οὕτω θαυμαστῆς ἀπολελαυκέναι τῆς C θέας περιεργότερον, συνανῆλθον καὶ περιειργασάμην καὶ κατηριθμησάμην πάντα καθ' ἕν. καὶ τὸ μὲν τοῦ κίονος μῆκος ῥᾴδιον ἀεὶ τυγχάνον τοῖς βουλομένοις ἐκ τῆς σκιᾶς καταμετρεῖν ἄκαιρον ἐνομίσαμεν λέγειν ἐν τῷ παρόντι· ἃ δ' οὐκ ἔξεστιν οὐδέσι τῶν πάντων εἰπεῖν, ταῦθ' ἡμεῖς αὐτόπται γενόμενοι λέξομεν ἀκριβῶς.

11. τηλαυγεστέραν W. 23. ἀκριβ.] Vid. cod. reg. 2523. fol. 266. BOIV.

ascendissent, omne ferrum, quo illius statuae equus utrinque fulciebatur, rubigine prorsus consumptum esse animadvertunt: ut periculum proxime instaret, ne fulcris brevi collapsis statua ipsa simul collaberetur, ac pulcherrimum illud Imperatricis urbis spectaculum periret, quod unum ex infinitis eiusdem generis et aequalis magnitudinis operibus adhuc reliquum incendiorum pericula et Latinorum rapacitatem effugit. Melioribus igitur et firmioribus adminiculis suffulto equo tutam eam statuam atque immotam praestiterunt. Deinde Imperatorium etiam capitis insigne detractum, et globum, quem manus gestat, solidiore auro circumdederunt, et splendidiora effecerunt. Columnam item, quae tota a summo ad basin usque pertusam superficiem habebat, ob exemptos clavos, quos Latini una cum aere quo obtecta fuerat abstulerant, laevi et firmo tectorio induxerunt: et quae hiabant, omnia constrinxerunt et consolidarunt. (V.) Ego vero indignum ratus, cum post tot annos ad eam statuam liceret nostro tempore adire, oblatam occasionem ita a me negligi, ut nollem cum aliis ascendere, et admirabili illo spectaculo frui curiosius, ascendi ipse quoque, et omnia diligenter investigata singulatim enumeravi. Ac longitudinem columnae, quam facile quivis metiri ex umbra potest, recensere hoc loco supervacaneum esse duximus. Quae vero nemo omnium potest dicere, ea nos, qui ipsi vidimus,

ἔστι τοίνυν ἡ μὲν περιφέρεια τῆς τοῦ ἀνδριάντος κεφαλῆς ὀργυιὰ μία εὐμήκους ἀνδρός. τοσοῦτον δ' ὁμοίως καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ὤμων αὐτοῦ μέχρις ἄκρου τοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλικοῦ συμβόλου. τὸ δὲ μῆκος ἑκάστου δακτύλου τῶν τούτου χειρῶν σπιθαμιαῖον. τὸ δὲ μῆκος τῆς τοῦ ποδὸς αὐτοῦ βάσεως σπιθαμαὶ D τρεῖς καὶ δίτριτον, εἴτουν τέσσαρες παρὰ τρίτον μιᾶς σπιθαμῆς. τὸ δὲ μῆκος τοῦ ἐπὶ τῆς σφαίρας σταυροῦ σπιθαμαὶ τέτταρες· τὸ δὲ πλάτος σπιθαμαὶ τρεῖς. τῆς δὲ σφαίρας τὸ χώρημα μέτρα πολιτικὰ τρία. τὸ δ' ἐκ τοῦ στήθους τοῦ ἵππου μέχρι τοῦ οὐραίου ὀργυιαὶ τρεῖς. ὁμοίως καὶ τὸ πάχος τοῦ τραχήλου αὐτοῦ ὀργυιαὶ τρεῖς ἔγγιστα. τὸ δ' ἐκ τοῦ ἄκρου τῆς ῥινὸς αὐτοῦ μέχρι τῶν E ὤτων αὐτοῦ ὀργυιὰ μία. τὸ δὲ τῆς κνήμης τοῦ ποδὸς αὐτοῦ πάχος κατὰ περιφέρειαν σπιθαμαὶ πέντε. τὸ δὲ ἱμάτιον αὐτοῦ ἐστιν ἀστράσι σεσημασμένον καὶ ἔτι φύλλοις καὶ κλάδοις πεποικιλμένον καὶ ἀκριβῶς ἐξεικασμένον ἔστιν οἷς τῶν ἄνωθεν ἐκ Σηρικῆς κομιζομένων.

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ιγ'. Ἐς δὲ τοὐπιὸν ἔτος ἄγεται τῷ ἐγγόνῳ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλεῖ γυναῖκα Εἰρήνην τὴν ἐξ Ἀλαμανῶν, οὓς Γαλάτας ἑσπερίους οἶδεν ἡ πάλαι καλεῖν συνήθεια. καὶ μετὰ ταῦτα ἄπεισιν ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐς Θεσσαλονίκην μετὰ τῆς βασιλίδος Μαρίας τῆς συζύγου αὐτοῦ· ἔνθα δὴ καὶ τὸ πέρας μεθ' ὅλον ἐνιαυτὸν τοῦ παρόντος ἐδέξατο βίου, καίτοι προμεμαντευμένον ἦν ἀπιόντι αὐτῷ ἐκεῖσε θανεῖν καὶ ἐδειλία δι' αὐτό γε τοῦτ' ἀπελθεῖν. ὅμως ἀπῆλθεν διὰ τὰ Θετταλῶν καὶ Πελασγῶν πράγματα, ὁπόσα B

P. 172 V. 140 A. C. 1318

14. τισὶ post ἀστράσι add. W., om. A. 17. τὸ ἐπιὸν A. 22. αὐτῷ ἀπιόντι A.

explicabimus accurate. Est igitur, quod ad hominis simulacrum pertinet, capitis circuitus orgyia una proceri viri. Tantundem etiam ab humeris eius usque ad summum apicem coronae Imperatoriae. Longitudo cuiusque digiti (manuum videlicet) unius spithamae est. Pedis planta, tres spithamas longa, unius spithamae besse plus; seu quatuor spithamas, unius triente minus. Longitudo crucis globo incumbentis spithamae quatuor; latitudo spithamae tres. Globi capacitas mensurae civiles tres. Ab equi pectore usque ad caudam orgyiae tres. Pariter crassitudo colli eius orgyiae tres fere. A summo naso usque ad aures eius orgyia una. Tibiae crassitudo sive ambitus, qua ad pedem accedit, est quinque spithamarum. Amictus vero eius stellis quibusdam insignitus, praetereaque foliis et ramis variatus, persimilis est nonnullis qui e Serum regione devecti huc descendunt.

13. Sequenti anno Imperator nepoti Andronico Imperatori uxorem despondet Irenen ex Alemanis oriundam, quos Galatas occiduos vocare antiquitas consuevit. Postea Michaël Imperator cum coniuge Maria Imperatrice Thessalonicam proficiscitur; ubi anno integro exacto supremum diem obiit. Atque illic moriturum eum esse praedictum abeunti fuerat, timueratque ob eam ipsam causam illuc ire. Sed ob Thessalorum et Pelasgorum tumultus

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ἀνεῤῥώγει τῷ τηνικαῦτα, περὶ ὧν ἐροῦμεν αὐτίκα. ὁ δὲ τῆς μαν-
τείας τρόπος τοιοῦτος ἦν. (Β.) Ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν
παλατίῳ εὑρέθη πρὸ τῶν πυλῶν ἀνωτέρω μικρὸν τῆς φλιᾶς τῆς
ἄνω γεγραμμένος κύκλος· καὶ περὶ τὸν κύκλον τέτταρα ζῶα γε-
C γραμμένα, λέων, πάρδαλις, ἀλώπηξ καὶ λαγωός· καὶ ἐπ'
αὐτοῖς χρησμός τις ἔμμετρος, αἰνιγματωδῶς πως ἐμφαίνων τε-
λευτὴν βασιλέως ἑνὸς τῶν Παλαιολόγων ἐν Θεσσαλονίκῃ τῇ
πόλει ἐπιδεδημηκότος. ἦν δὲ ὁ τοιοῦτος κύκλος τῆς γῆς ἀπέχων ἐς
ὕψος δυοῖν ἀνδρῶν μῆκος· ὡς ἀμφίβολον ἐντεῦθεν γίνεσθαι καὶ
οἷον ἄπιστον ἐν ὑποψίᾳ λαβεῖν ἄνθρωπον εἶναι τὸν γράψαντα,
καιρὸν οὐκ ἔχοντα θεῖναί τε κλίμακα καὶ ἅμα ἀνιόντα γράψαι
D μετὰ τῆς προσηκούσης σχολῆς, βασιλέως τε παρόντος καὶ ἅμα
συχνῶν καὶ ἀναριθμήτων ὄντων τῶν εἰσιόντων καὶ ἐξιόντων·
ὥστε μηδενὸς τῶν ἀνθρώπων ὄντος τοῦ γράψαντος χρεὼν ἀναμνη-
σθῆναι τῶν ἀνωτέρω πλατύτερον περὶ τῶν τοιούτων προειρημέ-
νων ἐμοί. (Γ.) Ἀλλ' ἐπὶ Θετταλίαν καὶ τὰ ἐκεῖ πράγματα ὁ
λόγος ἀγέσθω, ἵνα καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγέντες τῶν μειζόνων
καὶ βαρυτέρων ἁψώμεθα ὑποθέσεων. ἔφαμεν, ὡς ἡ Θετταλῶν
E καὶ Πελασγῶν ἀρχὴ ἐς Ἰωάννην ἔσχατον περιῆλθε τὸν Δοῦκαν·
ὃς νέος τε ὢν τὴν ἡλικίαν καὶ ἄλλως νοσώδης τὴν ἕξιν τοῦ σώ-
ματος καὶ ὁρῶν διὰ τοῦτο πλημμελῶς τὰ ἐκεῖ φερόμενα πρά-
γματα ἐδεδίει περὶ τῆς ἀρχῆς, μή τις τῶν ὑπ' αὐτῷ γε ἐνδόξων
νεωτερίσας τυραννικῶς αὐτῆς ἐπιλάβηται. ὅθεν διαπρεσβευσά-
P. 173 μενος ἄγεται ἑαυτῷ γυναῖκα Εἰρήνην, τὴν νόθην Ἀνδρονίκου τοῦ

illa tempestate subito exortos, de quibus nos statim dicemus, eo profectus est. Oraculum autem huiusmodi fuit. (II.) In Adrianopolitano palatio ante fores, paulo supra limen superius, circulus descriptus inventus est, et in eius circuli ambitu quatuor animalia depicta, leo, pardalis, vulpes, lepus: et supra ea oraculum versibus comprehensum, quo obscure significabatur, Imperatorem quendam e Palaeologorum familia, ubi Thessalonicam venisset, obiturum esse. Is circulus duorum virorum mensura sursum a terra distabat, ut suspicari non liceret, sed absurdum et quasi incredibile esset, ab homine depictum esse, cui opportunum tempus defuisset ad scalas applicandas et ad ascendendum, nedum satis otii ad pingendum fuisset, cum et Imperator adesset, et homines innumeri crebro ingrederentur et egrederentur. Proinde cum nemo mortalium haec pinxerit, ad illa recurrendum est, quae supra de huiusmodi rebus copiosius exposuimus. (III.) Sed ad Thessaliam et res ibi gestas convertatur oratio, ut illis quoque explicatis ad maiora et graviora commemoranda accedamus. Thessalorum et Pelasgorum principatum in Ioanne Duca desiisse diximus: qui et iuvenili aetate et corpore morbido cum esset, et iis de causis res ibi perperam geri videret, timebat, ne eorum qui inter subditos maxime eminebant aliquis res novas moliretur, ac summam potestatem tyrannice usurparet. Quamobrem legatis ad Imperatorem Andronicum missis notham eius filiam Irenen uxorem

βασιλέως θυγατέρα. ἀλλὰ τρεῖς μόνους αὐτῇ συνοικήσας ἐνιαυτοὺς ἄπαις ἀπολείπει τὸν βίον· ὡς ἐντεῦθεν ἀδιαδόχου τῆς ἀρχῆς καταλειπομένης ἐκείνης διεῤῥῆχθαι τὰς ἐκεῖ χώρας καὶ πόλεις· καὶ τὰς μὲν προσρυῆναι τῷ βασιλεῖ μετὰ τῆς εἰρημένης αὐτοῦ θυγατρός· τὰς δ' ὑποκύψαι τισὶ τῶν ἐνδόξων τῆς χώρας· τὰς δὲ τοῖς ἐκ Βοιωτίας τηνικαῦτα ἐπιδραμοῦσι Κατελάνοις δουλεῦσαι. B τότε τοίνυν καὶ συχναὶ παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου γραφαὶ V. 141 πρὸς Θετταλοὺς καὶ Φθιώτας καὶ Πελασγοὺς ἀπεστάλησαν παραινέσεις τε ἔχουσαι καὶ ἅμα φρικώδη τὰ ἐπιτίμια κατὰ τῶν μὴ βουλομένων ὑπείκειν τῷ βασιλεῖ καὶ εἶναι μία τις Ῥωμαίων ἀρχὴ σὺν τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις. ἀλλ' ἤνυσαν τῶν φθασάντων πλέον οὐδέν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

12. A verb. ἀλλὰ ταῦτα incipit Lib. VIII. in codd. A. et V.

duxit. Sed triennio tantum cum ea exacto nullis liberis superstitibus decessit. Cum itaque Imperii Thessalici possessio deficiente successore vacua remansisset, distractae sunt provinciae et urbes illius regionis; quarum aliae Imperatori cesserunt una cum filia superius memorata; aliae indigenis quibusdam nobilibus se submiserunt; aliae denique Catalanis e Boeotia per illud tempus incursantibus servierunt. Tum igitur crebrae a sacrosancta Synodo litterae ad Thessalos, Phthiotas et Pelasgos missae sunt, quae et illos officii monerent, et iis qui Imperatori parere, atque ut caeteri cum Romano Imperio (quemadmodum olim receptum fuisset) coniungere se detrectarent, graves poenas minitarentur. Verum nihilo magis illae profecerunt quam quae praecesserant. Atque haec ad hunc modum se habuerunt.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ
## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
### ΛΟΓΟΣ Η.

# NICEPHORI GREGORAE
## BYZANTINAE HISTORIAE
### LIBER OCTAVUS.

### ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

*Περὶ τῶν αἰτίων τῆς τῶν βασιλέων διαστάσεως. Θάνατος τοῦ βασιλέως Μιχαήλ. Περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους στάσεως τῶν Γεννουϊτῶν Λατίνων. Παραίτησις τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου. Περὶ τοῦ πατριάρχου Γερασίμου. Περὶ τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ δεσπότου. Περὶ τῶν δευτέρων αἰτίων τῆς τῶν βασιλέων διαστάσεως. Περὶ τῶν τρίτων αἰτίων. Περὶ τοῦ Συργιάνου καὶ ὅπως συνήργησεν εἰς τὴν τοῦ βασιλέως φυγήν. Περὶ τοῦ χρεμετίσαντος ἵππου τοῦ ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ παλατίῳ. Παραμυθητικοὶ λόγοι πρὸς τὸν μέγαν λογοθέτην. Συμβουλὴ τοῦ συγγραφέως πρὸς τὸν μέγαν λογοθέτην. Ἔλεγχος καὶ δοκιμασία τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν βασιλέα τὸν ἔγγονον αὐτοῦ. Περὶ τῆς φυγῆς τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου. Διήγησις πλατυτέρα περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων. Περὶ τῶν ὅρκων τῶν μετὰ τὴν διάστασιν. Πρεσβεία τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν νέον βασιλέα. Σπονδαὶ καὶ συμφωνίαι πρῶται τῶν βασιλέων. Διήγησις τοῦ συγγραφέως περὶ τῶν κατ' αὐτόν. Ἐγκώμιον τοῦ συγγραφέως εἰς τὸν βασιλέα. Περὶ θαυματοποιῶν τινων καὶ τῶν ἔργων αὐτῶν. Περὶ τῆς τοῦ Συργιάνου φυγῆς ἐκ τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῆς δευτέρας μάχης τῶν βασιλέων. Περὶ τῆς καθείρξεως τῆς δεσποίνης τῆς μητρὸς τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῶν ποικίλων καὶ φρονίμων ἐπινοιῶν τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῆς κατασχέσεως Κωνσταντίνου τοῦ δεσπότου καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ φιλανθρωπίας τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῶν δευτέρων σπονδῶν τῶν βασιλέων. Περὶ τοῦ πατριάρχου Ἡσαΐου. Περὶ τῆς καθείρξεως τοῦ Συργιάνου. Συμβουλευτικὸς περὶ τῆς τοῦ πάσχα διορθώσεως. Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως στεφηφορίας. Περὶ τῆς τοῦ Κράλη συμπενθερίας. Περὶ τῆς πρὸς τὸν Κράλην πρεσβείας καὶ διήγησις τῶν κατὰ τὴν ὁδόν. Περὶ τοῦ βαρβαρικοῦ βέλους τοῦ τρώσαντος τὸν πόδα τοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν Μανιχαίων τῶν προσελθόντων τῇ ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ. Περὶ τῶν πρὸ τῆς ἁλώσεως τῆς βασιλευούσης γεγονότων σημείων.*

## ARGUMENTUM BOIVINI.

*Michaëlis Imperatoris filiae duae. Quae maritos habuerint. Eiusdem filii duo. Avus Andronicum caeteris omnibus praefert. Eum apud se educat. Andronici iunioris mores, consilia, ambitio. Meretricem amat. Rivali insidias struit. Manuel frater pro rivali occiditur. Patris tristitia, morbus, obitus. Avi moeror. De urbe Genua. Ubi sita. Guelphorum et Gibellinorum factiones. Earum propagatio. Cralaena ad maritum redire cunctatur. Cralis minae. Mulier ad virum redire iussa cucullum induit. Constantinus frater cucullo disciso Triballis abducendam tradit* (*Cap.* 1). *Glycys patriarcha morbo ingravescente in monasterium secedit: minime avarus, adeoque parum dives. Gregoram arcessit, cui ultimam voluntatem dictet. Patriarchae testamentum. Luculentior narratio ab auctore indicata. Gerasimus monachus, vir simplex et indoctus, Glyci subrogatur. Quales patriarchae Imperatoribus placeant* (2). *Constantini Despotae mater. Prima uxor. Filius ex ancilla susceptus, nomine Catharus. Cur a patre neglectus. Eudociae Palaeologinae elogium. Ut Constantino Despotae nupserit. Catharus nothus apud seniorem Imperatorem potens et gratiosus. Iunioris Andronici indignatio. Irarum causa iustior, populus inusitato sacramento adactus. Syrgiannes custos nepoti additus ab avo* (3). *Syrgiannis genus, institutio, virtutes. Provinciae praefectus omnium animos sibi devincit. Mira hominis solertia. Perfidus et foedifragus populos finitimos vexat. Provinciam ademptam ut recuperaverit. Pincernae dignitate ornatur. Rebellat, Comprehenditur. In carcerem coniectus precibus matris restituitur. Iurat se fidelem fore. Iunioris Imperatoris consilia iubetur explorare. Senioris consilia iuniori aperit. Oratio, qua istum hortatur ad defectionem. Pactiones et iuramenta. Coniurationis socii tres. Syrgiannes et Cantacuzenus, corruptis aulae primoribus, provincias Thraciae administrandas obtinent. Variis artibus viam defectioni muniunt* (4). *Avus nepotem iudicio publico reum agere constituit. Metochita differendum censet, donec geniales dies effluxerint. Equi picti hinnitus. Metochita de ea re consultus in Chorae monasterio. Eius responsum. Verior interpretatio. Byzantis columna dies complures agitata. Imperatoris et Metochitae arcanum colloquium. Libri fatidici. Sortes. Sinistra auguria. Metochitae stupor et silentium. Uxoris et liberorum anxietas. Filiae Panhypersebastae elogium. Eiusdem verba. Metochita oratione filiae excitatus lamentatur. Magnam cladem praedicit. Iterum silet. Recumbit. Eius merita erga Gregoram. Ipsius Gregorae officia erga Metochitam et eius liberos. Oratio, qua eum afflictum solatur* (5). *Imperator pontifices convocat. Nepotem arcessit. Nepos armatus armatos secum adducit. Paterna obiurgatio. Iusiurandum ultro citroque praestitum. Coniuratorum querelae. Andronicus iunior pro illis intercedit apud Logothetam. Graviter increpatur. Redit ad priora consilia. Avi indignantis exclamatio. Anxietas. Deliberatio de nepote comprehendendo. Patriarcha commissum sibi arcanum prodit. Nepotis fuga. Providentia Dei. Vires Romanae adversus Turcos infirmae. Vectigalia aucta, ut pax auro redimeretur. Publicanorum aviditas. Fisci opulentia, in quos usus reservata. Indulgens Dei severitas. Vicinorum principum obitus. Mors patriarchae. Poenae factiosis ab Ecclesia indictae. Populus novo sacramento adactus. Thraces oblata immunitate allecti iuniorem sequuntur. In publicanos saeviunt. Constantinopolin expugnatum eunt. Legati ab avo ad nepotem missi. Syrgiannes matris precibus mollitur. Pacta inter avum et nepotem* (6). *Gregoras Andronici senioris familiaritatem expetit: philosophiam et astronomiam iam tum a Logotheta edoctus. Qualem hunc initio expertus fuerit. Oratio, qua hortatus est, ut philosophiae et astronomiae praecepta plenius sibi traderet. Quantum ea ora-*

*tio apud Logothetam valuerit* (7). *Aula studiis bonarum artium floret sub Andronico seniore. Idcirco huius familiaritas a Gregora expetitur. De usu cum doctrina coniungendo. Gregoras benigne ab Imperatore exceptus. Orationem apud illum habet. Duas id eo virtutes, sapientiam et eloquentiam, laudat. Panegyricum voto concludit* (8). *Senioris Andronici benevolentia erga Gregoram: unde quorundam invidia et indignatio. Chartophylacis dignitas eidem oblata. Cur eam repudiaverit. Oratio, quam de ea re coram Imperatore habuit. Repudianti vis paene illata* (9). *Funambuli aliique Aegyptii circulatores, multis regionibus pererratis, Byzantium veniunt. Mira spectacula ab iis exhibita. Eae artes ut quaestuosae, ita etiam exitiosae artificibus. Byzantio egressi Europam pervagantur. Gades usque penetrant. Turci classibus tunc primum constructis maria et terras infestant. Fisci inopia* (10). *Syrgiannes ab Andronico iuniore neglectus clam cum seniore agit. Mutatae sententiae speciosam causam affert. Seniori optatissimus, fide data et accepta Byzantium ingreditur. Eius rei nuncio quinam laetati sint. Iunior prope Urbem castra ponit. Audita Syrgiannis excursione territus fugit. Constantinus Despota Thessalonicam proficiscitur sinistris ominibus. Iunioris Imperatoris matre Byzantium missa, exercitum per Christopolitanas angustias traducit. Iunior Synadenum Syrgianni opponit. Despotam edictis terret. Rumores spargit de avi nece. Despota Thessalonicam se recipit. Cives factiosos comprehendere iubetur. Seditione ab iis excitata cogitur cucullum induere. Iuniori Andronico traditus vix mortem effugit. Didymotichi in teterrimum carcerem coniicitur. Inde tandem in alium tolerabiliorem transfertur. Senior, consulto Psalterio, pacem spectat. Iunior, pacis et ipse cupidus, cum matre deliberat. Imperatorum colloquium et reconciliatio. Iunioris mater et amita ubinam inter haec diversatae sint* (11). *Esaias, vir simplex et indoctus: multorum criminum accusatus: favente Imperatore creatur patriarcha. Favoris iniusti merces. Esaiae opera Philanthropenus in pristinum gratiae locum restituitur. Huius elogium. Turci Philadelphiam obsident. Audito Philanthropeni adventu arma ultro abiiciunt. Cur illum reveriti. Maxima frumenti copia in urbem liberatam invecta. Syrgiannes Imperatorum concordia minime laetus. Asanis Andronici fidem tentat. Ab eo apud Imperatorem delatus in carcerem coniicitur. Omnibus bonis mulctatur* (12). *Disputatio de paschate ut primum in palatio nata sit. Eam Gregoras cupide amplexus; favente Imperatore; refragantibus frustra adversariis. Exponit sententiam suam de die paschali constituendo. Imperator consilium probat. Rem aggredi metuit* (13). *Iunior Andronicus coronatur. Senior equo deiectus; sinistrum omen. Panhypersebastus Cralis socer. Generi armis adiutus rebellat. Oblata Caesaris dignitate contentus arma ponit. Moritur. Legatio de eius uxore Byzantium reducenda. Gregoras legatus cum aliis missus. Quae sibi et sociis suis in itinere acciderint, narrat. Scythicae incursionis fama. De Strymone fluvio, ut eum legati traiecerint. Errores, pericula et alii casus. De Strummitza oppidulo. Pascha ab oppidanis ritu barbaro celebratum. Scopiorum situs. De Axio flumine. Caesarissa a legatis convenitur. Eius mulieris moeror et habitus miserabilis. Crales, audita legatione, Caesarissam dimittit. Abeuntem prosequitur, non satis splendide. Barbarorum mores notati. Caesarissa Thessalonicam abit, ut viro iusta persolvat. Gregoras, acceptis ab ea mandatis, Byzantium revertitur* (14). *Andronicus iunior, mortua Irene Alemana, Annam Longobardam uxorem ducit. Cum Turcis naufragis in Chersoneso pugnans vulneratur. Bithyniae magna pars a Turcis subacta. Manichaei aliquot insignes, abiuratis erroribus suis, baptizantur. Ostenta ac prodigia, futuram imperii calamitatem portendentia* (15).

α'. Ἐπεὶ δὲ μειζόνων καὶ καινοτέρων ὑποθέσεων ἄρχεσθαι μέλ- A. M.
λομεν, ἀναγκαῖον ἀναλαβόντας τὸν λόγον εἱρμόν τινα καὶ τάξιν 6791
τῇ πολυπλόκῳ σειρᾷ χορηγεῖν τῶν πραγμάτων, ὡς ἂν μὴ ἀσα- ad 6836
φὴς ὁ λόγος ἐπὶ τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς παροδεύων ἀηδὴς A. C. 1282
φαίνηται καὶ ἀποκναίων ἐπιεικῶς. τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ παῖδες ἐκ ad
Μαρίας τῆς ἐξ Ἀρμενίων ἐληλυθυίας αὐτῷ γυναικὸς ἐγένοντο 1328 Imp. Andron.
θήλειαι μὲν δύο, Ἄννα καὶ Θεοδώρα· ὧν ἡ μὲν Ἄννα ἀπιοῦσα Senioris.
συνεζύγη Θωμᾷ, τῷ Ἠπείρου καὶ Αἰτωλίας ἄρχοντι· ἣν ἔσχε μετὰ C
ταῦτα φονεύσας Θωμᾶν ὁ ἐκείνου ἀδελφιδοῦς κόντος· ἡ δὲ Θεο- P. 174
δώρα ἀπιοῦσα συνεζύγη Σφενδοσθλάβῳ, τῷ τῶν Βουλγάρων
ἄρχοντι. θυγατέρες μὲν οὖν δύο αὗται τῷ βασιλεῖ γεγένηνται
Μιχαήλ· ἄῤῥενες δ' ὁμοίως δύο, Ἀνδρόνικός τε ὁ βασιλεὺς καὶ
Μανουὴλ ὁ δεσπότης. τὸν μέντοι Ἀνδρόνικον τοσοῦτον ἐκθύμως
ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος καὶ πάππος ἠγάπα καὶ οὕτω τῆς θέας αὐ-
τοῦ γε ἐξήρτητο, ὥστε πάντας πρωτογενεῖς τε καὶ ὑστερογενεῖς B
υἱοὺς καὶ θυγατέρας καὶ ἐγγόνους ἐν δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ σχέσεως
τίθεσθαι μοίρᾳ καὶ πάντας εἰ δέοι ῥᾳδίως ἕτοιμος εἶναι προέσθαι
δι' ἕνα γε τοῦτον· τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὴν τῆς βασιλείας μονιμω-
τέραν διαδοχὴν, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς γνώμης, τοῦτο
δὲ καὶ διὰ τὸ τῆς ὄψεως κάλλος· ἴσως δὲ καὶ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν·
ὥστε δι' αὐτά γε ταῦτα καὶ παρ' ἑαυτῷ τρέφειν ἔκρινε δεῖν ἐν C
παιδείᾳ βασιλικῇ καὶ ἅμα τῇ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτοῦ

1. μειζ. καὶ add. A. 3. ἀσφαλὴς W. 6. Ἀρμενίων A., Ἀρμενίας W. 9. Θωμᾶς W.

1. Quoniam autem maiora deinceps et recentiora expositūri sumus, necesse est repetita altius narratione multiplicem rerum contextum serie et ordine aliquo digerere, ne oratio ad auditorum animos obscura perveniens ingrata ac salebrosa merito videatur. Michaël Imperator ex Maria uxore, quae Armena erat, duas puellas suscepit, Annam et Theodoram. Anna Thomae Epiri et Aetoliae principi nuptum data est; quam Comes avunculo suo Thoma occiso postea uxorem duxit. Theodora Venceslao nupsit, Bulgarorum principi. Hae inquam filiae duae Michaëli Imperatori ex uxore natae sunt. Idem etiam filios duos habuit ex eadem susceptos, Andronicum Imperatorem et Manuelem Despotam. Ex his Andronicum nepotem tanto amore prosequutus est Imperator Andronicus, ita eius aspectu gavisus, ut caeteris omnibus seu maioribus seu minoribus natu filiis, filiabus, nepotibusque secundum ab illo et tertium dignitatis gradum assignaret, et unius huius servandi gratia, si necesse foret, aliorum omnium iacturam facere paratus esset; tum ob Imperii successionem, quae per hunc firmior ac diuturnior futura videbatur; tum propter ingenii praestantiam; tum propter oris venustatem; forsitan et ob similitudinem nominis. Quibus de causis eum apud se regia disciplina instituendum esse censuit, eiusque conspectu noctu atque interdiu sese oblectare et exhilarare

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. V. 142

διηνεκῶς θεωρίᾳ τρυφᾷν καὶ ἀγάλλεσθαι. (B.) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς τὸν ἔφηβον ἧκεν ὁ νέος Ἀνδρόνικος, ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας ἀκμαιότερον αἱ ἡδοναὶ κατὰ τῆς φύσεως ἐπανίστανται καὶ ζητοῦσιν ἐλευθερίαν μηδὲν ἐπιφερομένην κεκολασμένον, καὶ μάλιστα ἐν ἀξίᾳ βασιλικῇ καὶ ἀνθούσῃ νεότητι, τότε δὴ πολλὴ τοῖς ἡλικιώταις D ἦν ἐξουσία πάντα κατ᾽ ἔφεσιν ὑφηγεῖσθαι, ὁπόσα νεωτερίζουσι γνῶμαι τῇ βουλήσει πάντα παραμετρούμεναι καὶ ὅλους χαλινοὺς αἰδοῦς ἀποπτύουσαι. καὶ πρῶτα μὲν ἤρξαντο παρεξάγειν αὐτὸν ἐς περιπάτους καὶ θέατρα καὶ κυνηγέσια· ἔπειτα ἐς νυκτερινὰς περιπλανήσεις οὐ πάνυ τοι βασιλεῦσιν ἁρμοττούσας. αὗται δὲ πολλὴν ἀπαιτοῦσι χρημάτων δαπάνην· τὸ δ᾽ οὐκ ἦν εὔπετές, τοῦ E βασιλέως καὶ πάππου σταθμοῖς καὶ μέτροις οὐ πολὺ τὸ μεγαλοπρεπές τε καὶ φιλότιμον ἐπισυρομένοις τὴν ἡμερησίαν αὐτῷ χορηγοῦντος τροφήν. ἐντεῦθεν φιλίαι πρὸς Λατίνων ἔστιν οὓς τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου τὴν οἴκησιν κεκτημένων καὶ μάλιστα ὅσοι πλούτῳ κομῶντες ἦσαν μακρῷ· ἐντεῦθεν δάνεια καὶ ὀφειλαὶ καὶ ζητήσεις χρημάτων· ἐντεῦθεν βουλαὶ καὶ μελέται λαθραίας φυγῆς. ὁρῶντι F γὰρ τὸν πάππον Ἀνδρόνικον μακρὸν ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας παρατείνοντα τὸν χρόνον καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἔφεδρον τῆς αὐτοκρατορίας αὖθις τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Μιχαὴλ τὸν βασιλέα, ἀπογινωσκομένην ἤδη καὶ ἀνέλπιστον ἑαυτῷ τὴν αὐτοκρατορίαν ἐπῄει νομίζειν. ὅθεν τὸ περὶ τὴν φιλαρχίαν λίχνον τῶν λογισμῶν μικροψυχία τις οὐ μάλα ἀγενὴς ἐφ᾽ ἱκανὸν ἐπιβοσκομένη πρὸς τοιαύτας ἐξοκέλ-

19. τὸν add. A.

statuit. (II.) Postquam autem Andronicus iunior adolescentiae limen ingressus est, quo tempore voluptatum ardor maximus existit et naturam corrumpit, cum illae licentiam omnis castigationis et modestiae inimicam quaerunt, in regia praesertim potestate et flore adolescentiae; tum eius aequalibus facillimum fuit praeire illi quocunque vellent, et ea omnia ipsi suggerere, quae iuveniles animi excogitant, nihil non ad libidinem referre, nullum pudoris fraenum soliti admittere. Ac primum ad deambulationes, ad spectacula, ad venationes educere illum coeperunt: deinde ad nocturnas vagationes, non satis dignas Imperio. Quae res cum magnos sumptus postularent, et ii sumptus non facile fierent, eo quod avus idemque Imperator quotidianum ei victum sic appendebat et admetiebatur, ut ad magnificentiam et splendorem nequaquam ipsi satis foret; in amicitiam Latinorum quorundam, praesertim opulentiorum, qui Galatae habitabant, sese insinuat. Inde foenora, aes alienum, conquisitio pecuniarum: inde consilia et conatus clandestinae fugae. Nam cum avum Andronicum diu rerum potiri, eoque defuncto summam potestatem ad patrem suum Michaëlem deventuram esse cerneret, nullam iam adipiscendi Imperii superesse sibi spem putabat. Itaque animus eius regnandi avidus, impatientia quadam non omnino ignobili longo tempore vexatus, ad eas tandem cogitationes prola-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. P. 175

λειν ἠνάγκαζε τὰς μελέτας. μηδὲ γὰρ θέλων ὑπὸ τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ καθάπερ ὑπὸ παιδαγωγῷ παιδοκομεῖσθαι καὶ ἄλλων λατρεύειν βουλήμασιν ὥσπερ παιδίον ἀεί, αὐτονομίαν ἐζήτει βασιλικὴν καὶ ἀφθονίαν πραγμάτων, ὥστε ἑαυτῷ τε ἔχειν τὸ διαρκὲς καὶ ἄλλοις οἷα βασιλεὺς ὑπηκόοις χαρίζεσθαι. ἐπεὶ δ' ἀδύνατον ἔβλεπεν εἶναι τοῦτο ζῶντος τοῦ πάππου καὶ τοῦ πατρὸς ἐνταυθοῖ καθημένου, πρὸς ἑτέρας ἐσκόπει χωρῶν ἐπικρατείας· καὶ νῦν μὲν Ἀρμενίαν ὠνειροπόλει ἅτ' ἐκ μητρὸς αὐτῷ προσήκουσαν, B νῦν δὲ Πελοπόννησον, νῦν δὲ Λέσβον καὶ Λῆμνον καὶ ὅσαι τὸ πολὺ τοῦ Αἰγαίου πληροῦσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἀκοὰς ᾔει λάθρα νῦν μὲν τοῦ πατρός, νῦν δὲ τοῦ πάππου. ὅθεν καὶ λάθρα νῦν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, νῦν δ' ὑπ' ἐκείνου διεκόπτετο. (Γ.) Καὶ ἵνα σιωπῇ παραδράμω τὰ πλεῖστα, νύκτωρ ἐκώμαζε πρὸς γυναῖκά τινα γένει μὲν τῶν οὐκ ἀσήμων, τὸν δὲ τρόπον ἑταίραν. ταύτης C ἐραστὴς ἦν καὶ ἐρώμενος καὶ Ἄδωνις ἄλλος τῶν ἐν ἡλικίᾳ τις καὶ ὥρᾳ διαπρεπῶν· δι' ὃν καὶ ζηλοτυπία τις πυρπολοῦσα τὴν Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως ψυχὴν τοξότας καὶ ξιφηφόρους ἠνάγκαζε προλοχίζειν περὶ τὴν τῆς ἑταιρίδος οἰκίαν. ἐν μιᾷ τοίνυν περὶ μέσας που νύκτας τὸν βασιλέα ζητῶν ὁ ἀδελφὸς καὶ δεσπότης ἔτυχεν ἀπὸ ταὐτομάτου συμβὰν οὑτωσὶ παριέναι περὶ τὴν τῆς ἑταιρίδος D οἰκίαν. ὃν οἱ τοῦ βασιλέως σκοποὶ θεασάμενοι σπουδῇ προσελαύνοντα καὶ μὴ γνόντες διὰ τὸ σκότος ὅστις εἴη, ἀλλὰ τὸν τῆς ἑταιρίδος ὑποτοπάσαντες εἶναι ἐρώμενον, συχνὰ κατ' αὐτοῦ ῥίπτουσι

7. χώρων A. 15. ἐν ἡλικ. καὶ ὥρᾳ διαπρέπων τις A. 21. οἱ περὶ τὸν βασιλέα A.

psus est. Quum enim avo Imperatori tanquam paedagogparo ere, et aliorum voluntatibus semper servire instar pueri nollet, Imperatoriam auctoritatem et magnas opes requirebat: ut et ipse quod satis esset haberet: et aliis ut Imperator subditis gratificari posset. Quod cum vivo avo et patre illic residente non licere cerneret, aliarum provinciarum dominatum ambiebat; et nunc Armeniam matris causa ad se pertinentem, nunc Peloponnesum, nunc Lesbum et Lemnum caeterasque maris Aegaei insulas somniabat. Quae cum clanculum modo ad patrem, modo ad avum deferrentur, nunc ab hoc, nunc ab illo clam impediebantur. (III.) Et ut plurima silentio transeam, noctu ad mulierem non sane ignobili familia ortam, meretriciis vero praeditam moribus, comessatum ibat. Eius porro amator erat et amasius et Adonis alter quidam aetatis flore et formae pulchritudine conspicuus. Unde Imperator Andronicus, inflammante animum zelotypia, homines sagittis et gladiis armatos circa meretriculae aedes cogebat excubare. Semel autem fortuito casu accidit, ut circa mediam fere noctem Manuel Despota, fratrem Imperatorem quaerens, iuxta meretricis domum transiret. Quem cum Imperatorii speculatores properare ad se cernerent, nec quis esset per tenebras cognoscerent, mulierculae amasium esse rati crebris telis impetunt.

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

βέλη. καὶ μὲν δὴ καιρίαν ἐκεῖνος δεξάμενος πίπτει τοῦ ἵππου·
κἄπειτα συνδραμόντες καὶ γνόντες ὅστις εἴη φοράδην ἐς τὰ βασί-
λεια φέρουσι ζῶντα καὶ μάλα μόλις. τοῦτο μεθ' ἡμέραν γνωσθὲν
τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ μεγάλας ἐνέσπειρε καὶ σφοδρὰς τὰς ἀνίας
E οὐ μόνον πρὸς τὸ παρὸν ἀφορῶντι, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος εὐ-
συνέτως στοχαζομένῳ. ἐπεί γε μὴν τοῦ δεσπότου Μανουὴλ ἐκ
V. 143 τῆς τοιαύτης θανόντος πληγῆς καὶ ἐς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ἐν
Θεσσαλονίκῃ διατρίβοντα ἧκεν ἡ φήμη, τί χρὴ λέγειν; τοσοῦτο
γὰρ δραστικώτερον βέλους παντὸς ἐπεπράγει περὶ τὴν ἐκείνου καρ-
F δίαν τὸ τραῦμα, ὥστε κατασεισθέντι καὶ βαπτισθέντι συχνοῖς
τοῖς τοῦ πάθους λογισμοῖς νόσος ἐνσκήπτει δεινή, ἣ δὴ καὶ μετ'
A. C. 1320 οὐ πολὺ τοῦτον ἐξάγει βίου. τῷ μέντοι γηραιῷ βασιλεῖ Ἀνδρο-
νίκῳ τοσοῦτοι χειμῶνες ἐντεῦθεν καὶ κλύδωνες ἀνεῤῥάγησαν λο-
γισμῶν καὶ τοσοῦτοι θόρυβοι τὰ αὐτοῦ συνεκύκησαν πράγματα,
ὥστ' οὐκ ἔχομεν ταῦτ' ἀνενεγκεῖν πρὸς οὐδὲν τῶν φθασάντων
P. 176 παράδειγμα. προϊόντες δ' ἐροῦμεν αὐτά. (Δ.) Ἐν τούτῳ τῷ
χρόνῳ συνέβη γενέσθαι στάσιν τινὰ καὶ θόρυβον οὐ μικρὸν τοῖς
τῆς Γεννούας οἰκήτορσιν. ἔστι δ' ἡ Γεννούα πόλις παράλιος τῶν
ἐν Ἰταλίᾳ δυτικωτέρα, μεταξὺ Τυῤῥηνῶν τε κειμένη καὶ Ἄλπεων.
ᾠκίσθη δ' ἀρχῆθεν ὑπὸ δυοῖν γενοῖν τῶν τε Γέλφων καλουμένων
καὶ Γεμπιλίνων. καὶ ἦν μὲν ἄχρι πλείστων τῶν χρόνων ἐνδοξό-
τερόν τε καὶ τὰς ἀρχαιρεσίας ἐξ ἑαυτοῦ ποιούμενον τὸ τῶν Γεμπι-
B λίνων. ἔπειτα ὀστράκου μεταπεσόντος ἐπικρατέστερον τὸ τῶν
Γέλφων καθέστηκε γένος καὶ πᾶσαν πρὸς ἑαυτὸ τὴν τάξιν ἐκεί-

13. ἀνεῤῥώγεσαν A. 20. γένεσι A. 22. ἑαυτοῦ A., αὐτοῦ W.

Unde ille ictu letali accepto ex equo delabitur. Deinde concursu circa ipsum facto agnitus hominum manibus excipitur, et semianimis in palatium defertur. Quod facinus ubi illuxit dies cognitum Imperatorem avum magna et vehementi tristitia affecit, non praesens modo tempus intuentem, sed futura etiam prudenter considerantem. Caeterum Manuele Despota ex eo vulnere defuncto, et fama ad Imperatorem Michaëlem Thessalonicae tum degentem perlata, quid dicam? ita ea res cuiuslibet teli ictu potentius animum eius perculit, tantum eius cordi vulnus inflixit, ut illius cladis cogitatione subinde recurrente afflictus et oppressus in gravem morbum inciderit, qui illum non longo post e vita sustulit. Imperatorem vero Andronicum seniorem tantus inde animi tumultus curarumque aestus invasit, tanta confusio ac perturbatio eius res permiscuit, ut inter aevi superioris exempla vix ullum occurrat, quod cum his conferri possit. Qua de re infra dicturi sumus. (IV.) Hoc tempore seditio et tumultus non parvus apud Genuae habitatores est exortus. Est autem Genua maritima Italiae urbs versus Occidentem, intra Tyrrhenos et Alpes sita, quam familiae duae iam inde antiquitus incoluerunt. Guelphos et Gibellinos appellant: quorum hi diutissime et gloria praestiterunt, et factionis suae magistratus creavere. Deinde mutata fortuna Guelphorum familia superior evasit, et omne illud ius ad se transtulit. Quin et alteram fami-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

νην μετέστησέ τε καὶ πάμπαν ἐξόριστον τῆς Γεννούας πεποίηκε θάτερον τοῖν γενοῖν, ὡς μὴ ὀψέ ποτε δύναμίν τινα προσειληφὼς αὖθις ἀνατρέψῃ τὴν τάξιν. ἐκεῖθεν ἡ φήμη δραμοῦσα καὶ ἐς τὰς πανταχῇ τῆς γῆς τῶν Γεννουϊτῶν οἰκήσεις τὰ ὅμοια τῇ μητροπόλει πράττειν ἠνάγκασεν. ἐντεῦθεν μάχαι καὶ πόλεμοι τῶν Γεννουϊτῶν πανταχῇ κατ' ἀλλήλων. οἱ γὰρ ἐξωσθέντες μισθοφορικάς τινας δυνάμεις ἔξωθεν προσλαμβάνοντες κακῶς τοὺς ἐξώσαντας C διετίθουν. (E.) Ἐπεὶ δὲ καὶ μετὰ τὴν τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ταφὴν Κρύλαινα ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἐπιπλέον τῷ Βυζαντίῳ ἐνδιατρίβειν ἐβούλετο, ἥκουσι πρέσβεις ἐκ τοῦ συζύγου αὐτῆς δηλαδὴ τοῦ Κράλη Σερβίας ἀπειλὰς κατὰ τῆς Ῥωμαίων φέροντες γῆς, εἰ μὴ τάχιστα παρὰ τὸν σύζυγον αὕτη ἀφίκοιτο. ἔρωτι γὰρ τῷ πρὸς αὐτὴν φλεγόμενος πλείστην μὲν ἀφοβίαν παρέσχετο ταῖς D πλησιαζούσαις χώραις καὶ πόλεσι τῶν Ῥωμαίων· ἐζηλοτύπει δ' οὖν ὅμως τὴν ταύτης ἀπουσίαν καὶ μεστὸς ὑπονοίας ἦν. ὁ μέντοι βασιλεὺς τὰς ἀπειλὰς τοῦ γαμβροῦ δείσας μὴ καὶ εἰς ἔργον αὐτὰς ἐξενέγκῃ (ῥᾴδιον γὰρ ἦν ἐκείνῳ διὰ τὸ πολλὴν κεκτῆσθαι στρατιωτικὴν δύναμιν) προπέμπει ταύτην εὐθύς. ἦν δὲ τηνικαῦτα δεύτερόν τε καὶ εἰκοστὸν αὕτη τῆς ἡλικίας ἄγουσα χρόνον. δείσασα τοίνυν μὴ ἀπελθοῦσα φονευθείη πρὸς τοῦ ἀνδρὸς, ὑποπτεύοντος E

3. αὖθις om. A. et V. ψῆφον A. et V. pro τάξιν. 4. τοὺς πανταχῇ Γεννουΐτας A. et V. 5. πράττ.] δρᾶν A. et V. ἐντεῦθεν — διετίθουν om. A. et V. 8. Pro verbis ἐπεὶ — ἀφίκοιτο haec leguntur in codd. A. et V.: μετὰ μέντοι τὴν τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ταφὴν, τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς Σιμωνίδος τῆς Κραλαίνης βουλομένης διατρίβειν ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ τοσοῦτον ἀφίστασθαι τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, λέγω τοῦ Κράλη, ἥκουσι πρέσβεις ἐκεῖθεν ἀπειλὰς φέροντες τὰς παλαμναιοτάτας κατά τε αὐτῆς, εἰ μὴ τὴν ταχίστην ἐπανελθεῖν βούλοιτο, καὶ ἔτι κατὰ τῶν τοῦ βασιλέως χωρῶν καὶ πόλεων λῃστρικὰς ἐφόδους, εἰ μὴ τάχιστα προπέμπειν βούλοιτο ταύτην. 12. ἔρωτι — ὑπονοίας ἦν add. A. et V. 15. ὅμως αὐτὴν ἀεὶ καὶ μεστὸς V.

liam ex urbe Genua funditus exterminavit, ne confirmatis aliquando viribus veterem sibi dignitatem vindicaret. Quae fama cum e metropoli ad Genuenses ubivis gentium habitantes pervenisset, idem et illos facere coegit. Hinc pugnae et intestina Genuensium bella ubique. Nam qui pulsi erant, conducto externo milite adversarios infestabant. (V.) Cum autem post Imperatricis exequias Cralaena filia eius diutius Byzantii commorari vellet, maritus eius Crales Serviae legatos in Urbem mittit, qui Romanis provinciis cladem minitentur, nisi uxor quamprimum ad ipsum revertatur. Illius quippe amore incensus magnam provinciis et urbibus Romanis securitatem praestabat. Sed idem ob absentiam mulieris zelotypia et suspicionibus variis torquebatur. Quare Imperator generi minis territus ac metuens, ne verba ad rem conferret (id enim illi facile erat propterea, quod militaribus copiis abundabat), filiam statim dimittit. Ea tunc annum aetatis alterum et vigesimum agebat. Verita igitur ne a marito semper suspicaci, tum vero

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andreae Senioris.

μὲν αὐτὴν ἀεὶ, νῦν δὲ καὶ πρὸς μεγάλην ὀργὴν ἐκκαυθέντος, ἔγνω τὸ μοναχικὸν ὑπελθοῦσα σχῆμα φυγεῖν οὑτωσὶ τὴν αὐτοῦ συνδιαίτησιν. τοῦτο μὲν οὖν ἐνταυθοῖ παρὰ τῷ πατρὶ διατρίβουσα ποιεῖν οὐκ ἠνέσχετο διὰ τὸ μὴ καὶ τὸν πατέρα καίτοι F μὴ συνειδότα καθυποβαλεῖν ἐς φανερὰν τὴν τοῦ συνειδέναι αἰτίαν καὶ πρὸς φανερὰν κινῆσαι μάχην τὸν Κράλην κατὰ τοῦ πατρός. διὸ μέχρι τοῦ πολιχνίου τῶν Σεῤῥῶν ὡς εἶχε σχήματος ἀπελθοῦσα καὶ συχνὰς ἡμέρας κἀκεῖ διατρίψασα λάθρα παρά τινος ῥάκος ὠνησαμένη μοναχικὸν μιᾷ τῶν νυκτῶν ἐνεδύσατο τοῦτο· καὶ οὕτω παρ᾽ ἐλπίδα μεθ᾽ ἡμέραν φανεῖσα τοῖς μετ᾽ P. 177 V. 144 αὐτῆς Τριβαλλοῖς ἔκπληξίν τε καὶ ταραχὴν ἐνέβαλεν οὐ μικρὰν, ὡς βουληθῆναι παράβολόν τι δι᾽ ἀνάγκην αὐτοὺς καὶ φόβον δεσποτικὸν ἐπ᾽ αὐτῇ πεπραχέναι· ἢ γὰρ διαῤῥῆξαι τὸ ῥάκος καὶ ἄκουσαν αὐτὴν ἐς τὸν ἄνδρα ἀγαγεῖν· ἢ τό γε δεύτερον, αὐτὴν διαχρήσασθαι καὶ μὴ ζῶσαν αὐτὴν ὡς ποῤῥωτάτω τε τοῦ ἀνδρὸς οἰκεῖν καὶ ἅμα δριμείαις τε καὶ σφοδραῖς ταῖς ἀνίαις ἐμπιπρᾶν τὸν ἐκείνου θυμόν. ἀλλὰ φθάσας ὁ ταύτης ἀμφιμήτριος B ἀδελφὸς Κωνσταντῖνος ὁ δεσπότης (παρῆν γὰρ καὶ αὐτὸς) διόρθωσιν τοῦ καινοτομήματος ἐπεπράχει, οὐ πράως ἐνεγκεῖν τὸν Κράλην τὸ δρᾶμα οἰόμενος. ῥήγνυσι γὰρ βιαίως ἐπιδραμὼν τὸ ῥάκος ἐκεῖνο καὶ τὸ σύνηθες αὖθις ἐνέδυσε σχῆμα· καὶ παραδοὺς τοῖς Τριβαλλοῖς ἄκουσάν τε καὶ κλαίουσαν ἀπάγειν ἐκέλευσε τὴν ταχίστην. καὶ τοῦτο μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

5. μὴ post καίτοι add. A.  6. τὸν Κράλην om. A.

ira etiam percito, domum reversa occideretur, monasticum habitum, quo convictum et consuetudinem viri fugeret, induendum esse cogitavit. Id vero dum in Urbe apud patrem versabatur facere noluit, ne et patrem, quamvis inscium, manifesto crimine velut conscium implicaret, et ad apertum bellum illi faciendum Cralem concitaret. Quare usque ad Serrhas oppidulum ita ut vestita erat abiit: atque ibi etiam dies complures commorata clam alicunde emptum cucullum noctu induit: in quo, postquam dies illuxit, a Triballis, quos secum habebat, praeter expectationem conspecta non mediocrem ipsis stuporem ac perturbationem attulit; adeo ut ex necessitate et herili metu gravius in eam consulturi viderentur; nempe aut cucullum laceraturi et invitam ad maritum reducturi: aut si eo descendendum esset, interfecturi eandem, ne viva quam longissime a marito habitaret, et animum eius acri et violento dolore incenderet. Sed Constantinus Despota frater eius consanguineus (nam et ipse aderat) eos praevertit, et fabulam illam aegre laturum Cralem arbitratus temerarium sororis factum correxit. Nam statim accurrens cucullum vi lacerat, et solitis ornatam vestibus Triballis eam reddit, ut ipsam quam celerrime domum reducant quantumvis invitam et plorantem. Atque haec ita se habuerunt.

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

β'. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης ὁ Γλυκὺς συνιδὼν ὡς ἀνέλπιστά οἱ τὰ τῆς ὑγιείας ἤδη κατέστη καὶ τὸ μὲν τῆς πνευματικῆς ταύτης ἀρχῆς λειτούργημα πολλῆς δεῖται σωματικῆς ἰσχύος καὶ ῥώμης, πολλῆς δ' αὖ ἑτέρωθεν ἠρεμίας δεῖ κάμνοντι σώματι· κἀκ τοῦ ἐναντίου δ' ἔτι καὶ σχολῆς τῶν ἔξωθεν μακρᾶς ψυχῇ [C] συγκαμνούσῃ καὶ περισπωμένῃ ταῖς τοῦ σώματος ἀλγηδόσι (διὰ γὰρ αὐτό γε τοῦτο δύο συμβαίνειν τἀναντιώτατα· μήτε γὰρ τὴν τῶν ἀνὰ χεῖρας πραγμάτων διοίκησιν διὰ λείας καὶ ἀκμαζούσης φέρεσθαι τῆς ὁδοῦ, μήτε τὸν λαὸν ἀνύβριστον δύνασθαι φέρειν [D] ἐπ' αὐτὸν γνώμην καὶ γλῶτταν)· ἐν μέσῃ τῇ τῶν πραγμάτων ἀπέγνω πορείᾳ καὶ σχολὴν ἑαυτῷ προὐμνηστεύετο ἤδη καὶ τῆς πολλῆς ἐζήτει καὶ ποικίλης ταυτησὶ περιφορᾶς ἀποχώρησιν. ταῦτ' ἄρα καὶ τοῖς αὐτοῦ βουλεύμασιν ὁ βασιλεὺς ἐπινεύει καὶ τὴν τῆς Κυριωτίσσης μονὴν εἰς οἴκησιν ἀπονέμει· πρὸς ἣν δὴ καὶ ἀφικνεῖται τῷ τετάρτῳ τῆς αὐτοῦ γε πατριαρχείας ἔτει, τὸν πατριαρχι- [E] κὸν ὅπως ποτὲ παραιτησάμενος θρόνον. κἀκεῖ νοσοκομούμενος, [A. C. 1320] ὡς ἐνῆν, διὰ τὴν τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν παντελῆ πάρεσιν ἐδεδίει καθ' ἡμέραν τὸν θάνατον. ὅθεν οὐ πολύν τινα πλοῦτον καταγαγὼν ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου διὰ τὸ μὴ φιλοχρήματος εἶναι κατὰ τοὺς πλείστους, ἀλλὰ μικρόν τε καὶ εὐαρίθμητον, [P. 178] τοῦτον μὲν εἰς περιποίησιν ἀνάλωσε τῆς μονῆς. ἐμὲ δὲ προσκαλεσάμενος τὴν τελευταίαν αὐτοῦ βούλησιν ἐν χάρτῃ διαθέσθαι ἠξίου. σφόδρα γὰρ τοῖς ἐμοῖς ἠρέσκετο λόγοις. (B.) „Πᾶσι μὲν

1. ὁ ante Γλυκὺς add. A. 18. καθ' ἡμέραν A., καθημέραν W. 21. τοῦτο A. ἠνάλωσε A. 23. Quae sequuntur hinc usque ad sectionem tertiam, om. A. Vid. Notas.

2. At patriarcha Ioannes Glycys cum et spem recuperandae valetudinis nullam sibi superesse et eo munere fungi se intelligeret, cuius administratio magnas vires et firmum corporis robur postularet; contra autem magna tranquillitate opus esse sciret corpori aegrotanti, et vicissim animum ipsum, utpote condolentem corpori et eius aegritudine distractum, magno ab externis rebus otio egere animadverteret (duo quippe inde maxima mala existebant, cum nec quotidiana negotia commode et celeriter expediri, nec vulgi seu indignatio seu convicia reprimi possent); in medio administrationis cursu fatigatus otio suo consulere, atque ex illo magno circumfluentium negotiorum aestu emergere statuit. Quibus de causis Imperator eius voluntati annuit, eique Cyriotissae monasterium, in quo habitaret, assignavit: in quod se quarto anno patriarchatus sui contulit, abdicata utcunque dignitate. Ibi quatenus licebat valetudinem curans propter pedes paralysi affectos mortem in dies timebat. Quare cum pecuniarum ut alii plerique avidus haud fuisset, non magnas opes e patriarchatu secum attulit; sed parvam et numerabilem pecuniam, quam in sumptus conservando monasterio necessarios impendit. Me autem arcessitum rogavit, ut supremam suam voluntatem in charta ordinarem. Nam meo dicendi genere admodum de-

A. M. οὖν ἀνθρώποις", φησί, „θανάτου μεμνῆσθαι χρεὼν καὶ νήφουσιν
6791 ad ὀφθαλμοῖς τὴν τῶν παρόντων καταγινώσκειν σκιάν, πῶς μὲν
6836 τὸν χθὲς καὶ πρότερον ὄντα κόλποι γῆς ἐξαίφνης διέλαχον, πρὶν
Imp. Andron. Senioris. τὰ οἴκοι διαθέσθαι κατὰ γνώμην καὶ πρὶν καλῶς διαβλέψαι τὸν
B λόχον τῆς συμφορᾶς· καὶ πῶς αὖθις ὁ σήμερον οἴκοθεν οἱονεὶ
τῷ ἡλίῳ τῷδε συνανατέλλων καὶ ἐμπομπεύων τῇ πανηγύρει τοῦ
V. 145 βίου μεστὸς ἀπεράντων ἐλπίδων, ἔπειτ' ἐν μεσημβρίᾳ φωτὸς
σκότους καὶ λήθης ὑπῆλθε μυχοὺς ἐν ἀκμῇ τῇ ἡλικίας, πολλάκις καὶ ἑορτῇ τοῦ προσώπου, καὶ ἵν' εἴπω τοῦ πάθους ἀνελπιστίᾳ πολυτελεῖ. πολλῷ δ' οὖν ἀναγκαῖον θανάτου μᾶλλον με-
C μνῆσθαι, οἷς καὶ νόσος οἷά τις δι' ἀνωμαλίαν τε καὶ ἀταξίαν τῆς ὕλης συμπέπτωκεν, αἷς πολλαῖς τε καὶ ποικίλαις ἄλλοτε ἄλλαις τὸ ἀνθρώπινον κέχρηται σῶμα συγχεούσαις τε καὶ διασπώσαις τὴν τῶν συνδέσμων στοιχείων ἀλληλουχίαν. οὗτοι γὰρ ἤδη μονονοῦ θατέρᾳ χειρὶ τὴν τοῦ θανάτου κόπτουσι θύραν καὶ τὸ πλέον τῆς τοῦ ζῆν ἐλπίδος κατόπιν διαλιπόντες θατέρῳ βλέμματι πρὸς τοὺς τῶν μνη-
D μάτων ἤδη κρημνοὺς διακύπτουσι· τούτοις παντὶ τρόπῳ λυσιτελήσει τῆς οἰκείας φροντίσαι ψυχῆς καὶ ἀθάνατά γε τῇ ἀθανάτῳ πάσῃ σπουδῇ πορίσασθαι, μήποτε διπλοῦν τὸν θάνατόν σφισιν αὐτοῖς προξενήσωσι τόν τε τοῦ σώματος τόν τε τῆς ψυχῆς. ἐμοὶ δὲ καὶ μάλιστα πάντων δεινῇ τινι καὶ βαρείᾳ τῇ νόσῳ τοὐμὸν τουτὶ σῶμα μικροῦ τελέως ἐκδεδαπάνηται. πάνυ γὰρ ἐκ μακροῦ πάνδη-

3. πρότριτα coni. Boiv. 10. πολυτ.] παντελεῖ W. in mg.
14. συνδεομένων aut συνδέσμων καὶ στοιχείων coni. Boiv.

lectabatur. (II.) „Omnes mortales," inquit, „mortis meminisse oportet, et sobriis oculis considerare, quam vana sit praesentis vitae umbra; ut is qui heri fuerit, terrae sinu derepente exceptus sit, priusquam de rebus domesticis ex sententia decernere et insidiantis calamitatis adventum prospicere posset: item ut is, qui hac ipsa die e domo sua progressus cum sole exoriri et in theatro vitae infinita spe plenus obambulare videbatur, sub meridiem deinde tenebrarum et oblivionis latebras subierit, in primo flore aetatis, saepe et in media vultus festivitate, cum imminentium malorum omnis, ut ita dicam, spes longissime abesset. Quanto autem magis ii debent mortis meminisse, qui ob vitiosam et perturbatam materiam morbis conflictantur, qui multi et varii atque alias alii humana corpora afficiunt, elementa confundunt, et aptam eorum compagem dissolvunt? Hi enim tantum non altera manu fores mortis pulsant. Hi vitae spem maxima ex parte retro abiecerunt, et alterum iam oculum ad ima tumuli praecipitia intendunt. His prorsus expedit, animi curam suscipere, eique cum sit immortalis bona immortalia omni studio providere, ne forte duplicem sibi mortem arcessant, et corporum et animorum. Mihi vero tanto magis hoc quam aliis omnibus faciendum est, quanto graviore morbo totum fere corpus meum est consumptum. Nam hic morbus postquam semel tota vi in me infestus irruit,

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

λαβὼν ἀγκυρῶν ὀρφανὴν ὑβριστὴς ἄνεμος μαίνηται κατὰ τῶν
ἱστίων καὶ καταχορεύῃ τοῦ κύματος." ταῦτα εἰπὼν ἐσιώπησεν
αὖθις, κλαπεὶς ὥσπερ τὸν νοῦν ὑπὸ τῶν λογισμῶν ἐκείνων καὶ
ἐκλαθόμενος ἑαυτοῦ καὶ τῆς γλώττης· καὶ ἀναστὰς εἰσῄει μεστὸς
ἀθυμίας ἐπὶ τὴν κλίνην, ἐφ' ἧς καὶ κατέδαρθε μέν· καθεύδειν
B δ' οὐκ εἶχε μέχρι πολλοῦ. (Z.) Ἐγὼ δ' ἐς ὑστεραίαν πάντα
ἐμεμαθήκειν κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀφικόμενος. ἀπῄειν γὰρ συνεχέστε-
ρον ἐς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ὁμιλίαν. ἀφ' οὗ γὰρ περὶ πλείονος ποιη-

7. ὡς om. A. 13. Ad μέλλειν supple προορῶ. BOIV. 15. ἐπαναστήσεσθαι A., ἐπαναστήσασθαι W. 21. κατέδραμεν W.

cum aures patris mulsisset, sic ferme illius animum movit, et ex profundo quasi somno excitavit, ut ex mari pisces a piscatoribus, e silva colubri a praestigiatoribus plectrorum vi extrahuntur. Itaque ille sedato paululum dolore animum linguae commodavit, ut Iobi verba parum immutata proferret. „Pereant," inquit, „dies illi, in quibus uxorem duxi, et liberos suscepi: qui si non essent, facillime rebus meis consuluissem. Nunc vero tanta curarum turba ob ea ipsa incumbente ignoro, qua ratione effugere possim pessimam cladem, quae mihi incertum unde et quomodo mox statim inferetur. Imminet enim gravis nobis impressio hostium nescio quorum, sive terra sive mari adventantium, qui res nostras pessime turbabunt: ac si magnam onerariam ancoris destitutam in medio mari protervus aliquis ventus deprehendat, et in vela furiosus irruens fluctibus agitatis debacchetur." His dictis rursus obticuit, cogitationibus illis mente propemodum alienata: et sui ipsius suaeque linguae oblitus surrexit, seque in lectulum contulit ac recubuit: diu autem insomnis mansit. (VII.) Ego vero postridie de more ad eum ingressus omnia cognovi. Etenim eum frequens colloquendi causa invisebam. Quippe ex quo pluris ab eo factus et in Chorae monasterio, quod

σάμενος ἐμὲ κατὰ τὴν αὐτῷ νεουργηθεῖσαν μονὴν τῆς Χώρας φέρων κατῴκισε, πολλὴν ἔπειτα τὴν στοργὴν ἐδείκνυ πρὸς ἐμὲ καὶ ἱλαρὰν τὴν διάθεσιν καὶ μικροῦ τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐπίσης ἐδίδου τὴν σχέσιν κἀμοί· ὥστε καὶ ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην μόνος κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους εἰδὼς ἐς τὸ ἀκρότατον οὐκ ἀπηξίωσε C μὴ οὐ μεταδοῦναι κἀμοὶ τοῦ τοσούτου πλούτου· ὥστε καὶ πολλάκις ἐνεκαλλωπίσατο ἐπί τε τοῦ βασιλέως ἐπί τε τῶν ἐλλογίμων ἐμοῦ γε εἵνεκα, ὅτι διάδοχον τῆς αὐτοῦ σοφίας ἐπεποιήκει με. δείκνυσι δὲ τοῦτο σαφέστερον ἔν τε ταῖς πρὸς ἐμὲ τούτου ἐπιστολαῖς ἔν τε τοῖς ἔπεσιν, ἃ πεποίηκεν ὕστερον ἐν τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ· περὶ ὧν ἀριδηλότερον ἡμῖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λελέξεται. διὰ ταῦτα τοίνυν ὀφείλων τἀνδρὶ μεγάλας τὰς ἀμοιβὰς τῶν κατὰ D δύναμιν οὐκ ἠμέλουν. ἀλλὰ προσῄειν συχνά οἱ οὐ μόνον λογικῆς εἵνεκα ὁμιλίας, ἀλλὰ καὶ διακονίαν τινὰ θυμήρη πληρῶν αὐτῷ. ἐδίδασκον γὰρ τόν τε υἱέα καὶ ἣν ἔφαμεν αὐτοῦ θυγατέρα, τὰ τῶν θύραθεν καὶ ἡμετέρων βιβλίων αἰνιγματώδη καὶ γρίφα διαλευκαίνων καὶ τὴν ἐκείνων νύκτα πρὸς ἡμέραν μεθαρμοζόμενος. ἦν γὰρ ἡ γυνὴ μεγαλοφυὴς ὁμοῦ καὶ φιλομαθής· τὸ μὲν δῶρον E τῆς φύσεως εἰληφυῖα, τὸ δὲ τῆς γνώμης. (H.) Ἐγὼ δ' ἐκεῖνα ἀκηκοὼς ἔνθους μὲν ὑπ' ἐκπλήξεως ἐγεγόνειν· οὐκ ἔκρινα δ' ὅμως δεῖν σιωπῇ τὸ πρᾶγμα παραδραμεῖν. ἀλλ' ἰδίᾳ προσελθὼν ἐκείνῳ, „ἄλλους μὲν ἴσως," ἔφην, „ἐν τοῖς δεινοῖς καταπίπτειν, ὅσοι μὴ φιλοσόφοις λόγοις ἐχάλκευσαν τὴν ψυχὴν, οὐκ ἂν εἴη τῶν οὐκ εἰκότων. σὲ δ' ὃν ἔδει πύργον ἀκλόνητον ἐν τοῖς τοιούτοις καθίστασθαι καὶ καρτερίας ὑπόδειγμα κράτιστον γίνεσθαι τοῖς πολ- F

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ille instauraverat, collocatus fueram, magna deinde me benevolentia ac iucundo animi affectu complexus paene liberis suis exaequaverat; adeo ut astronomicam disciplinam, quam solus eo tempore perfectissime norat, mihi traderet, nec tantas opes invideret; et saepe cum apud Imperatorem tum apud proceres gloriaretur, me a se haeredem doctrinae suae institutum esse. Idque evidentius in suis ad me epistolis, et in versibus, quos postea exul fecit, declaravit: de quibus luculentius infra dicturi sumus. His igitur de causis, cum viro multum deberem, gratiam ei referebam quantam poteram; adibamque eum crebro, non colloquendi tantum studio, sed etiam iucundi cuiusdam ministerii causa. Docebam enim et filium eius et quam dixi filiam, interpretabarque ipsis libros profanos pariter et sacros, ambigua et perplexa explicans, et obscuris lucem afferens. Erat enim mulier et magno praedita ingenio, et discendi cupida: quorum alterum naturae, alterum voluntatis donum est. (VIII.) Illis vero auditis, quamvis prae timore paene exanimatus, non tamen tacendum esse existimavi: sed ad illum privatim ingressus, „Alios fortasse," inquam, „qui animos philosophicis rationibus non firmarunt, succumbere adversis rebus non mirum fuerit. Te vero, quem in eiusmodi calamitatibus velut turrim inconcussam stare, et fortis

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. λοῖς, ὅμοιόν τι πάσχειν τοῖς ἄλλοις, θειότατε ἄνθρωπε, οὐκ ἂν δυναίμην αὐτὸς ἐπαινεῖν. εἰ δ' ἐπὶ τῶν ἐμφανῶν καὶ παρόντων χρῆναί φαμεν καρτερεῖν τὴν φιλόσοφον διάνοιαν, τί ἄν τις φαίη περὶ τῶν μήπω παρόντων, ἀλλ' ἐν ἀδήλοις ἔτι πυθμέσι κρυ-
V. 155 πτόντων τὴν ἔκβασιν; πολλὰ γὰρ κραίνει θεός· καὶ τὰ δοκηθέντα οὐκ ἐτελέσθη· τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός. αἱ γὰρ
P. 191 προαναφωνήσεις τῶν μελλόντων, ὅσαι δι' ὀνειράτων καὶ ὅσαι διὰ μυρίων ἄλλων, ὥς ἴσμεν, γίνονται τρόπων, πολὺν ἐπισυρόμεναι γνόφον καὶ κύκλῳ αὐτῶν ὥσπερ σκηνὴν τιθέμεναι τὴν ἀποκρυφὴν αὐτῶν, πολλοὺς τοῦ καθήκοντος ἐξεμόχλευσαν καὶ πρὸς τὰς τῆς ἀληθείας ἐναντίας ἐννοίας βαδίζειν παρέπεισαν· καὶ οἱ μὲν τοῦ τέλους εὐτυχοῦς παρ' ἐλπίδα πεπείρανται· οἱ δὲ τοὐναντίον. οἶσθα γὰρ τά τε ἄλλα καὶ ὡς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἐξιόν-
B τος ἤδη κατὰ Τύρου κόραξ ἐξ αὐτομάτου πετόμενος ἄνωθεν ῥίψας ὀστοῦν ἐπάταξε τὴν αὐτοῦ κεφαλήν, καὶ ἔδοξε τοῖς ὀρνιθοσκόποις καὶ μάντεσι τοῦτο κακὸς οἰωνὸς καὶ ἀπηγόρευον ἤδη τὴν πεῖραν. ὁ δὲ καὶ ἀπῄει καὶ πόνους ὑπέστη καὶ πολιορκήσας εἷλεν αὐτήν. Ἕλληνες πάλαι Περσῶν ἐπιόντων ἤλπισαν ἐς πυθμένας θαλάττης αὐταῖς ναυσὶ καταδύσεσθαι πρὸ τῆς Σαλαμῖνος ἀπειλούσης τέκνα
C γυναικῶν ἀπολέσειν. ἀλλὰ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοὺς ἐναντίους κατετροπώσαντο καὶ ὅλας βίβλους μεστὰς τῶν οἰκείων ἀφῆκαν τροπαίων. Κροῖσος ὁ Λυδὸς ἤλπισε τὸν Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσειν τοῦ Κύρου· ὁ δὲ καὶ τὴν οἰκείαν ἀπέβαλε. Ῥω-

14. τῆς ante Τύρου add. W., om. A. 16. ἤδη om. A.

animi exemplum vulgo praebere oportebat, eodem modo quo caeteros affici, divine vir, laudare haud possum. Quod si manifestis et praesentibus in rebus forti esse animo philosophum oportet, quid de iis dicemus quae nondum adsunt, sed eventu adhuc incerto delitescunt? Multa numen perficit: ac ea quidem, quae expectabantur, ad exitum non perducta sunt: quae vero nemo expectabat, eorum perficiendorum rationem reperit Deus. Nam futurarum rerum praedictiones, sive per somnia, sive aliis modis, qui ut scimus innumeri sunt, fore aliquid significetur, multa caligine involutae et obscuritate propria velut amictu quodam circumfusae multos ab officio depulerunt et in errorem induxerunt; unde alii praeter spem exitum felicem adepti sunt, alii vero contrarium. Nosti enim cum alia, tum ut Alexandrum ad oppugnationem Tyri abeuntem corvus fortuito et sua sponte advolans deiecto in caput osse perculerit: quod augures et vates malum omen interpretati coeptis desistere iubebant. Ille vero nihilominus abiit et laboribus exantlatis urbem obsessam expugnavit. Graeci olim, cum a Persis invaderentur, in fundum maris se cum ipsis navibus ante Salaminem, quae mulierum liberis exitium minabatur, demersum iri speraverunt. Iidem praeter omnem spem victis hostibus totos libros suis triumphis referserunt. Croesus Lydus magnum Cyri imperium eversurum se confidebat, ubi Halyn fluvium transgressus foret. Sed et suum regnum ami-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

μαῖοι πάλαι φλεγομένης τῆς Ἰταλίας ὑπ᾽ Ἀννίβου τοῦ Καρχηδονίου καὶ μονονοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν καὶ αὐτὴν τὴν τῆς Ῥώμης ἰδόντες κατασκαφὴν τοῦ πλείστου παρ᾽ ἐλπίδα τῆς οἰκουμένης κατέστησαν αὐτοκράτορες. Αὔγουστος ὁ μετὰ Καίσαρα δεύτερος μοναρχήσας ἐν Ῥώμῃ Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας ἐπιόντων κατ᾽ D αὐτοῦ μετὰ βαρείας δυνάμεως ναυτικῆς τε καὶ ἠπειρωτικῆς φόβῳ τὸ ζῆν ἀπειπάμενος, ὁ δὲ καὶ τοὺς ἐχθροὺς παρ᾽ ἐλπίδα νενίκηκε καὶ ἅμα τὴν ἐκείνων ἀρχὴν προσειλήφει, Λιβύην φημὶ καὶ Ἀσίαν. καὶ τί δεῖ τοὺς ἱεροὺς τῆς προνοίας λόγους καταριθμεῖν; ἣ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς διοικοῦσα ὅπερ οὐκ ἴσμεν εἴωθεν ἐπιφέρειν τοῖς ἡμετέροις πράγμασι τέλος· νῦν μὲν ὅπερ ἠλπίκαμεν· νῦν δ᾽ ὃ μή· E καὶ νῦν μὲν σὺν θατέρῳ θάτερον, νῦν δ᾽ ἀντὶ θατέρου θάτερον. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐκ τοῦ Πειραιῶς τὸν ἀπόπλουν ἐς τὸν Αἰγαῖον ποιεῖσθαι ἐβούλετο, τὸν δ᾽ ἔπειτ᾽ ἐς Κρήτην καὶ Σαρδὼ τῶν ἀρκτικῶν ἀπήνεγκαν πνευμάτων αἱ πηγαὶ μὴ πάνυ τοι προσδοκήσαντα. καὶ γὰρ τοιοῦτος κύβος πᾶσαν ἐπιπορεύεται γῆν ὁμοίως ἀεὶ καὶ θάλατταν. καὶ σοὶ τοίνυν προσδοκήσαντι λυπηρὰ ἴσως F ἀνατελεῖ τὰ χρηστότερα καὶ τὸ τοῦδε τοῦ σπέρματος κατηφὲς ὅλους γεωργήσει χοίνικας εὐφροσύνης. ἰσομοιρίαν γὰρ δεῖ ταῖς τῶν μελλόντων ἐλπίσι χαρίζεσθαι καὶ μὴ καθάπαξ μόνοις διδόναι τοῖς ἀηδέσιν ἢ τοῖς χρηστοῖς. ἔπειτα καὶ ὡς δοκεῖ τῷ σοφῷ Εὐριπίδῃ, λόγος ὁ αὐτὸς ἔκ τ᾽ ἀδοξούντων κἀκ τῶν δοκούντων ἰὼν οὐ ταὐτὸν σθένει. πάντες μὲν γὰρ πάντα φάσκοντες ἕνα που μόλις ἢ καὶ δύο ταράξαιεν ἄν. σὺ δ᾽ ἅτε καὶ τῶν ἀποῤῥήτων

15. καὶ pro μὴ W. 24. ἂν om. A.

sit. Romani olim, cum Italia ab Hannibale Carthaginiensi incendiis vastaretur, et ipsius Urbis excidium tantum non oculis suis obversari cernerent, maximae partis orbis terrarum domini praeter opinionem evaserunt. Augustus, qui post Caesarem secundus Romae regnavit, cum ab Antonio et Cleopatra magnis exercitibus terra marique peteretur, desperata vita, et hostes praeter spem vicit, et illorum principatum etiam occupavit, Libyam inquam et Asiam. Et quid opus est sacras providentiae rationes recensere? quae res nostras gubernat et eo fine concludere solet, quem ignoramus, nunc sperato, nunc insperato: et nunc alterum cum altero miscet; nunc pro altero alterum tribuit: non secus ac si quis Piraeo egressus Aegaeum mare traiicere instituat; septentrionalium autem ventorum vi in Cretam et Sardiniam praeter expectationem deferatur. Nam talis inconstantia et terras et maria perpetuo pervagatur. Quamobrem tibi forsitan etiam deteriora metuenti meliora contingent: et isthaec tristitiae sementis uberem laetitiae messem producet. Futura enim in aequilibrio quodam collocanda sunt, nec in iucunda nec in tristia nimis inclinante animo. Deinde ut poeta sapientissimus Euripides pronunciat, eadem oratio ab obscuro aut nobili habita non idem auctoritatis habet. Omnes enim omnia dicendo vix unum atque alterum commoveant. Tu vero, ut arcanorum Impe-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τῷ βασιλεῖ κοινωνὸς καὶ ἅμα τῶν ἀστρονόμων κράτιστος ῥᾷστα τὰς τῶν ὅλων ψυχὰς ἐς βυθοὺς ἀνατρέψαις ἂν ἀπογνώσεως. εἰ γοῦν μὴ διὰ σέ, ἀλλὰ τῶν ὅλων γε εἵνεκα πρὸς τὸ χαριέστερον ἄμειβε μετὰ τῆς γλώττης ὅλον σαυτόν. μίμησαι τῶν κυβερνητῶν P. 192 τοὺς χαριεστέρους, οἳ καὶ μελλόντων ἔτι καὶ παρόντων αὖθις τῶν δεινῶν οὐδαμῇ κατηφὲς δεικνύουσι πρόσωπον· ἀλλ' εἰδότες ὡς ἐν τοῖς αὐτῶν ταμιεύονται χείλεσιν αἱ σωστικαὶ τῶν συμπλεόντων B ἁπάντων ἐλπίδες, ὥσπερ εὐθυμίας ἀεὶ διὰ γλώττης προτείνουσι V. 156 τούτοις τράπεζαν καὶ ἐπικροτοῦσι καὶ παραθαῤῥύνουσι· καὶ ταῦτα τῆς μὲν θαλάττης πολλάκις κάτωθεν ὑβριζούσης· τῶν κυμάτων δ' ὑπὲρ πάντα Καύκασον ὑψουμένων· ὑετοῦ δ' ἄνωθεν καταῤῥηγνυμένου βιαίου καὶ τοῦ κινδύνου πρὸ ὀφθαλμῶν ἱσταμένου." ταῦθ' οὕτω λεχθέντα παρ' ἡμῶν τὸν ἄνδρα κατεδυσώπησαν, καὶ τῆς λύπης ἐκείνης ὡς ἐνῆν καθυφεὶς χαρίεις αὖθις ἐδόκει τοῖς πᾶσι καὶ ἱλαρὸς καὶ εὐπροσήγορος ὡς τὸ πρότερον.

A. C. 1321 April. 5

ς'. Κατὰ δὲ τὴν ἕκτην ἑβδομάδα τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς C προσκαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην Γεράσιμον καὶ τῶν ἀρχιερέων τοὺς παρατυχόντας ἄγεται τὸν ἔγγονον παῤῥησίᾳ ἐλέγξων τε καὶ παραινέσων ἀπέχεσθαι τῶν τῆς φυγῆς βουλευμάτων, ἵν' ὑπὸ μάρτυσι τοσούτοις ἢ συσταλεὶς καὶ αἰσχυνθεὶς ἀπόσχοιτο; ἢ κολασθεὶς ἀνέγκλητον ἀφῇ τοῖς κολάσασι τὴν αἰτίαν. εἰσῄει μὲν D οὖν ὁ ἔγγονος Ἀνδρόνικος, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καί τινας ὡπλισμένους λαθραίαν τινὰ καὶ μὴ φαινομένην ὅπλισιν καὶ παραξιφίδια

20. τοσούτοις A., τούτοις W.

ratoris conscius, idemque astronomorum doctissimus, omnium animos extrema desperatione affectos facillime pessumdederis. Proinde si non tua, at universae reipublicae causa, et linguam tuam et te totum ad hilariorem habitum conformato. Imitare laetiores navium gubernatores, qui et adventantibus et iam urgentibus periculis tristitiam dissimulant. Nam cum sciant meliorem vectorum omnium spem a suis labris pendere, eos verbis recreatos bono animo esse iubent, et secundo plausu confirmant: quamvis saepe et mare fundo exaestuet imo, et praeruptus aquae mons supra caput astet, et imber violentus e nubibus erumpat, et discrimen ante oculos versetur." Haec cum dixissemus, virum in verecundiam adduximus, ut moerore illo quatenus licebat remisso se ipsum deinceps omnibus iucundum et hilarem et affabilem ut antea praeberet.

6. Sexta porro hebdomade sanctae quadragesimae Imperator, Gerasimo patriarcha et aliis pontificibus qui tum forte aderant arcessitis, nepotem adducit palam reprehensurus, moniturusque, ut fugae consilia abiiceret: quo vel testium tantorum praesentia territus ac pudefactus incepto desisteret, vel si puniretur, non sine causa probabili videretur esse mulctatus. Ingressus igitur est Andronicus nepos, adductis secum nonnullis, occulta non manifesta armatura instructis, pugiones videlicet gerentibus;

φέροντας, οὐδ' αὐτὸς ἄοπλος ὢν παντελῶς. συνέθεντο γάρ, ὡς A. C.
εἰ μὲν πατρικοῖς τισι καὶ πραείαις χρήσεται παραινέσεσιν ὁ πάππος 1282
καὶ βασιλεὺς πρὸς αὐτόν, μηδ' αὐτοὺς τὸ παράπαν ἐνδείξασθαί ad 1328
τι τολμηρὸν καὶ θρασύτερον, ἀλλ' ἠρεμήσειν καθάπαξ· εἰ δὲ Imp. Andron. Senioris.
πρὸς ὀργὴν καὶ κόλασιν βλέψῃ, εἰσπηδήσαντας εὐθὺς ἐν αὐτοῖς P. 193
βασιλικοῖς θρόνοις κατασφάξειν αὐτὸν καὶ τὴν αὐτοκρατορίαν
μόνῳ τῷ νέῳ καταστήσειν Ἀνδρονίκῳ. εἰσελθὼν οὖν αὐτὸς μὲν
παρὰ τὸν πάππον καὶ βασιλέα κεκάθικεν ἐπὶ τοῦ συνήθους βασι-
λικοῦ θρόνου· τὴν δὲ φρατρίαν ἐκείνην παρὰ τὴν βασίλειον εἴασε
διατρίβειν αὐλήν. ἐπεὶ δ' ἡ παραίνεσις μετὰ τῶν ἐλέγχων πατρική B
τις ἔδοξε καὶ κηδεμονική, οὐδέν τι παράβολον πέπρακται τέως·
ἀλλ' ἀπηλλάγη καὶ διελύθη μετ' εἰρήνης ὁ σύλλογος, ὀμωμοκό-
των ἀλλήλοις ἀμφοτέρων τῶν βασιλέων· τοῦ μέν, μηδένα τῶν
πάντων τῆς αὐτοκρατορίας διάδοχον καταλείψειν πλὴν αὐτοῦ Ἀν-
δρονίκου τοῦ ἐγγόνου καὶ βασιλέως· τοῦ δ' αὖ ἐγγόνου, μηδὲν
μήτε κατὰ τῆς αὐτοκρατορίας τοῦ βασιλέως καὶ πάππου, μήτε
κατὰ τῆς αὐτοῦ ζωῆς μήτε βουλεύσασθαι, μήτε μὴν διαπράξα- C
σθαι πώποτε. (B.) Ἐξιόντα δ' ἐκεῖθεν τὸν νέον Ἀνδρόνικον V. 157
περιστάντες ἡ τῶν συνομοσάντων φρατρία ὑβριοπαθοῦντες αὐτοῦ
κατεβόων παράβασίν τε ἐγκαλοῦντες τῶν φρικωδεστάτων ὅρκων
ἐκείνων τῶν πρὸς αὐτοὺς καὶ ἅμα προφανῆ προδοσίαν αὐτῶν.
ποῦ γὰρ οὐκ ἂν ἀδικίας ἐλαύνειν ἔφασκον, σὲ μὲν δι' ἡμᾶς
φοβερὸν ὁμοῦ καὶ δύσμαχον καταστάντα ῥᾳδίως τὰ κατὰ γνώ- D
μην σαυτῷ καταπράξασθαι· ἡμᾶς δ' ἐν στόματι μαχαίρας οὐ-

1. ὢν add. A. 9. φατρίαν A. hic et infra.

nec ipse plane inermis. Convenerat enim inter eos, si avus Imperator paternis et lenibus admonitionibus erga ipsum uteretur, ne se quidem confidentius aut audacius quicquam designaturos, sed omnino quieturos: sin vero iratus supplicium minitaretur, statim impetu facto in ipso Imperatorio solio illum occisuros, et in solum iuniorem Andronicum omnem imperii auctoritatem collaturos. Ingressus igitur iuxta avum Imperatorem in consueto solio consedit, sua illa factione ad Imperatoriam aulam relicta. Cum autem admonitio et castigatio a patria cura et sollicitudine proficisci videretur, nihil tum insolentius actum est, sed concilium pacate et tranquille dimissum, iureiurando ultro citroque ab Imperatoribus dato. Ac avus quidem iuravit, se nemini nisi Imperatori Andronico nepoti relicturum esse Imperium: nepos autem, nihil se aut meditaturum unquam aut facturum, quo auctoritas vel vita avi Imperatoris oppugnaretur. (II.) Caeterum iuniorem Andronicum inde egressum coniurati circumstantes indignabantur, et in eum vociferabantur, ut qui sanctissimum illud iusiurandum ipsis praestitum violasset, et manifesta proditione fidem datam fregisset. „Quid enim," inquiunt, „ad istius iniuriae magnitudinem accedere queat, si nosmet ipsos, per quos formidabilis et invictus omnia ex animi

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τωσὶ προφανῶς καὶ πυθμέσιν ᾅδου καταλιπεῖν; τούτοις μέντοι καὶ τοῖς τοιούτοις ἤθεσί τε καὶ ῥήμασι κατακλασθείς τε καὶ αἰσχυνθεὶς ὁ βασιλεὺς διεμηνύσατο πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὸν μέγαν λογοθέτην, καὶ ἐλθόντα ἠξίου παρασκευάσαι τὸν πάππον καὶ βασιλέα δι' ὅρκων καὶ τῇ ῥηθείσῃ φρατρίᾳ χαρίσασθαι τὸ ἀκίν- E δυνον. ὁ δὲ οὐδ' ἀκοῦσαι ἠνέσχετο· ἀλλά, „σὺ δὲ οὐ θαυμάζεις," ἔφη, „καὶ θεῷ πολλὰς ἀποδίδως εὐχαριστίας, ἀγαπῶν ὅτι παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν τοῦ ᾅδου πυλῶν αὐτὸς ἀναβάς, ὡς εἰπεῖν, ἐκομίσω τὴν σωτηρίαν; ἢ οὐκ οἶδας ὡς χρεών σε μεγάλας ὀφείλειν κἀμοὶ καὶ παισὶ τοῖς ἐμοῖς διὰ βίου τὰς χάριτας, ὅτι βουλὴν κατὰ σοῦ μελετηθεῖσαν καὶ ἐξαρτυθεῖσαν εἰς τέλος διέῤ- F ῥηξα παρελθὼν αὐτὸς καὶ νῦν δι' ἐμοῦ τουτονὶ τὸν ἥλιον καθορᾷς; σὺ δὲ ταῦτα ἀφεὶς ἱκέτης ὑπὲρ τῶν κάκιστ' ἀπολουμένων γίγνεσθαι βούλει; ἄπαγε πρὸς θεοῦ· μὴ κοινώνει τοιούτοις ἀνδράσι. πῶς γὰρ τοὺς πρός σε διατηρήσουσιν ὅρκους, οἳ τοὺς πρὸς τὸν βασιλέα καὶ πάππον τὸν σὸν μηδενὸς τῶν δεινῶν ἀναγκάζοντος ἐξελάθοντο, μήτε θεοῦ κεραυνούς, μήτε ἀνθρώπων αἰδῶ πρὸ ὀφθαλμῶν θέντες;" (Γ.) Τούτων οὕτω παρὰ προσδοκίαν λεχθέντων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἔστη σιωπῶν ἐπὶ πλεῖστον. P. 194 ἔπειτα „ἄπιθι" ἐπειπὼν ἐς τὰς προτέρας αὖθις ἐπανῆκε βουλὰς καὶ μελέτας. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ μεγάλη καὶ θεία ἐπεδήμησεν ἑβδομάς, ἐν ᾗ τὰ σωτήρια ἑορτάζομεν πάθη, καὶ τὸν ἔγγονον αὖθις ὁ βασιλεὺς οὐ κατὰ τὰς παραινέσεις ἔβλεπεν ἔχοντα, ἀλλὰ τήν τε τῆς κινήσεως ὁρμὴν ἀστατοῦσαν καὶ τῶν ἠθῶν τὸν ῥυθμὸν οὐ

sententia facile confecisti, sub cultro et quasi in ipsis orci faucibus ita aperte deseras?" His et huiusmodi affectibus ac verbis fractus et pudefactus Imperator magnum Logothetam ad se venire iussit: ab eoque petiit, ut animum avi Imperatoris ad impunitatem factioni suae dandam ac iureiurando interposito confirmandam promptum paratumque efficeret. At ille ne audire quidem sustinens: „Tu vero," inquit, „non miraris, non immortales Deo gratias agis, nec bene tecum actum esse putas, quod praeter expectationem ex orci faucibus ipse quodammodo ereptus, incolumis et salvus evaseris? An ignoras te et mihi et liberis meis, quoad vixeris, magnam debere gratiam, quod consilium contra te initum et instructum meo tandem interventu rescissum est, quodque meo beneficio solem hunc intueris? Tu vero his omissis pro perditissimis et male perituris istis supplex intercedis? Apage per Deum: nihil tibi rei sit cum istis. Quomodo enim tibi servabunt fidem, qui fidem avo tuo datam nulla coacti necessitate fefellerunt, nec Dei metu nec hominum verecundia deterriti?" (III.) His Imperator praeter expectationem auditis cum tacitus diu stetisset, „abi" dixit. Deinde ad pristina consilia et cogitationes denuo rediit. Cum autem magna et sancta hebdomas adesset, qua salutarem Christi passionem celebramus, et Imperator nepotem non e monitis suis vivere cerneret (quippe in eius actionibus inconstantiam, in moribus non gravitatem ullam sed summam levitatem inesse

καθεστηκότα, ἀλλ᾽ ὅλως εἰπεῖν ἀλλοπρόσαλλον, ἠνιᾶτο καὶ ἐδυσ- A. C.
φόρει· ὥστε καὶ δὶς καὶ τρὶς νικηθεὶς τῇ τῆς λύπης ὑπερβολῇ 1282
καὶ οἷον ἔνθους γενόμενος, „τετελεύτηκεν", ἔφη πρὸς τοὺς πα- ad 1328
ρόντας, „ἥ τε βασιλεία ἐφ᾽ ἡμῶν ἤδη καὶ ἡ τῆς ἐκκλησίας εὐσέ- Imp. Andron. Senioris
βεια." ὁ μὲν γὰρ ἐξήρτυε τὰ πρὸς φυγὴν μετὰ φλεγούσης τινὸς B
τῆς ὁρμῆς καὶ ἐξεπορεύετο συχνὰ καὶ παρεσκευάζετο μετὰ τῆς
φρατρίας ἐκείνης· ὁ δὲ μὴ συνιεὶς τὰ βουλεύματα ἠθύμει καὶ διη-
πόρει καθ᾽ ἑαυτὸν γνωσιμαχῶν. στοχασμοῖς δέ τισιν ὅμως καὶ
ὑπονοίαις τὰ δρώμενα παραβάλλων οὐκ ἔξω παντάπασιν ἤδη C
καὶ αὐτὸς ἔκειτο τοῦ τὰ μελετώμενα ξυμβάλλειν. ὅθεν συλλαβεῖν
ἐβουλεύσατο· καὶ τῷ πατριάρχῃ Γερασίμῳ τοῦ τοιούτου βουλεύ-
ματος ἐν ἀπορρήτοις λαβὼν κεκοινώνηκεν. ὁ δ᾽ εὐθὺς πρὸς τὸν
βασιλέα τὸν νέον Ἀνδρόνικον δραμὼν τὸ ἀπόρρητον ἀνεκάλυψε·
καὶ οὕτω λοιπὸν ἐκεῖνος τὴν φυγὴν ἐπετάχυνεν. (Δ.) Ἐπεὶ δὲ
καὶ ἡ λαμπρὰ τῆς ἀναστάσεως ἐπεδήμησεν ἡμέρα καὶ ἔδει πρὸς D
ἑσπέραν τὰ βουλεύματα πέρας λαβεῖν, ᾔτει τε κατὰ τὸ εἰωθὸς
καὶ ἔλαβε τὰς κλεῖς τῶν πρὸς τὴν Γυρολίμνην ἀνοιγομένων πυλῶν.
εἰώθει γὰρ τοῦτο ποιεῖν διὰ τὰ ἕωθεν κυνηγέσια. καὶ δὴ περὶ
μέσας νύκτας, πρὸς ὕπνον ἤδη καταδαρθόντων ἁπάντων, ἔξεισι
μετὰ πάντων ὅσοι αὐτῷ γε συνομωμόκεσαν· καὶ ἐξιππασάμενοι
φθάνουσι δευτεραῖοι πρὸς τὸ τοῦ Συργιάννη καὶ τὸ τοῦ Κατα-
κουζηνοῦ στρατόπεδον. ἐκάθηντο γὰρ ἐκεῖνοι περὶ τὴν Ἀδρια- V. 158
νούπολιν ξύν γε λαμπρᾷ τῇ παρασκευῇ τὴν τούτου φυγὴν ἐκδεχό- E
μενοι. ἦν δ᾽ αὕτη ἡμέρα ἀπριλλίου μὲν εἰκοστή, ἔτος δὲ ἑξακις- A. C. 1321 April. 20

16. ᾔτησε A., ᾔτει W. 24. ἔτους ςωκθ' A.

animadvertebat), graviter et iniquo animo id ferebat; adeo ut bis et ter magnitudine doloris victus, et veluti numine afflatus ad eos qui aderant diceret: „Interiit demum nostra aetate et Imperii maiestas et reverentia Ecclesiae debita." Nempe ille fugam ardenti studio adornabat, et subinde egrediebatur, et cum factione illa se ipsum parabat. Senex vero consiliorum ignarus aeger animo et incertus haerebat, ac tacitis cogitationibus aestuabat. Sed tamen signis et coniecturis quibusdam ea quae agebantur expendens haud procul erat, quin quid struerent suspicaretur. Quare eum comprehendere statuit, et cum patriarcha Gerasimo consilium istud suum ut arcanum communicat. At ille statim ad iuniorem Imperatorem Andronicum accurrit, et arcanum prodit. Quamobrem is fugam ex eo coepit accelerare. (IV.) Cum autem resurrectionis solenne et illustre festum advenisset, et quae decreta erant perfici eius diei vespere necesse esset, claves portarum, per quas ad Gyrolimnam itur, de more petiit et accepit. Hoc enim propter matutinam venationem facere consueverat. Igitur sub mediam noctem, cunctis dormientibus, cum omnibus coniuratis egreditur. Tum equitando provecti in Syrgiannis et Cantacuzeni castra postridie perveniunt. Hi enim magno apparatu ad Adrianopolin fugam illius praestolabantur. Erat is dies Aprilis vigesimus anni sexies millesimi

A. M. 6791 ad 6836 χιλιοστὸν ὀκτακοσιοστὸν εἰκοστὸν ἔννατον. ἐπιστῆσαι δ' ἄξιον, πῶς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων οὐδὲν τῆς προνοίας ἐκτὸς διοικεῖται, ἀλλὰ πάντα λόγον ἀπόῤῥητον ἔχει τὸν ἄγοντα· κἂν Imp. Andron. Senioris. ἡμεῖς ἀγνοοῦντες καθήμεθα, λόγους προφέροντες τῆς τε προνοίας F ὁμοῦ καὶ τῆς ἀληθείας οὐ μάλα ἀξίους. ὅταν γὰρ ἐθέλῃ κολάζειν οὓς ἂν ἐθέλοι παλαιῶν τε καὶ νέων ἁμαρτημάτων ποιούμενος ἔκτισιν, οἷα σοφὸς ἰατρὸς τομὴν καὶ καυτῆρα ταῖς δυσιάτοις ἐπάγει πληγαῖς. καὶ ἅμα κατὰ γῆς εὐθηνούσης ἀέρες νεωτερίζουσι· καὶ ἀγανακτεῖ κατ' αὐτῶν ὕδωρ θαλάττης· καὶ ὑβρισταὶ κατὰ τῆς τούτων βουλήσεως ἀντιπνέουσι ἄνεμοι· καὶ λοιμῶν ὁδὸς εὐοδοῦται· καὶ κακοδαιμονοῦσι μὲν ὅσοι πρὸς ἀρετὴν καὶ παιδείαν P. 195 ἐῤῥύθμισαν ἑαυτοὺς καὶ τὸ ἑαυτῶν πρὸς τὴν Δώριον, ὡς εἰπεῖν, ἁρμονίαν ἀπέξεσαν ἦθος· καὶ πᾶν ὅτι πράξαιεν πέρας εὑρίσκει σφαλερὸν καὶ μάλα πολεμιώτατον τοῖς ἀρχηγοῖς τῶν ἔργων βουλεύμασι, τοῦ θεοῦ τοιαύτην τινὰ τὴν κρίσιν ἄνωθεν ταλαντεύοντος. εὐδαιμονοῦσι δ' ὁπόσοι δυστυχεῖς τινες καὶ ἀφανεῖς καὶ παραπλῆγες καὶ Ἐριννύων πεφύκασι θρέμματα· καὶ νικῶσιν ἀνὰ κράτος τοὺς ἔμφρονας ἄφρονες· καὶ κυριεύουσι τῶν κοσμίων καὶ B εὐσχημόνων ἀνδρῶν ἐμπαῖκταί τινες καὶ οἰκότριβες ἄνθρωποι. καὶ ἴδοι τις ἂν τηνικαῦτα τούς τε δημαγωγοὺς, τούς τε τῶν πόλεων ἄρχοντας, τούς τε τῶν οἰκιῶν, τούς τε ἀγορανόμους καὶ δικασπόλους, καὶ πρός γε ὁπόσοι τοῦ μοναδικοῦ προστατεῖν ἔλαχον βίου, πάντας καθάπερ ἀπὸ συμφώνου τινὸς τῇ ἀναιδείᾳ καὶ ἀταξίᾳ λατρεύοντας καὶ οὐδὲν ὑγιὲς πράττειν οὔτε δυναμένους,

8. εὐθύνουσης W. 17. ἀνακράτος A. 20. τῶν πόλ. — οἰκιῶν, τούς τε add. A.

octingentesimi vigesimi noni. Est autem observatu dignum, quod nihil humanarum rerum sine providentia administretur, sed omnia arcana ratione agantur: licet nos ignari sedeamus, ac providentia et veritate indignas rationes comminiscamur. Cum enim Deus ob vetera et recentia delicta quemlibet mulctare vult, periti medici instar, plagis curatu difficilibus ferrum et ignem admovet. Mox terram laeto ubere fertilem aer gravis infestat, aqua maris indignatur, venti importuni et votis contrarii reflare incipiunt, pestilentia grassatur: affliguntur quotquot virtute et eruditione seipsos exornarunt, ac mores suos ad Doriam, ut ita dicam, harmoniam compositos expoliverunt. Quicquid instituunt exitum sortitur infaustum et primae operum inceptioni maxime adversarium, supremo Dei numine sic decernente. Contra calamitosi, obscuri, vecordes, et Furiarum alumni, prosperam fortunam experiuntur; sapientes ab insipientibus penitus vincuntur; sanniones et mancipia modestis honestisque imperant. Tum et urbium magistratus, et patres familias, et tribunos plebis, et aediles, et praetores, immo ipsius quoque monasticae disciplinae antistites omnes videas, velut ex composito, impudentiae et petulantiae servire, nec ex officio quicquam facere aut posse aut

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

οὔτε ἐθέλοντας. βεβαιώσει δὲ τὰ λεγόμενα καὶ ἅπερ αὐτίκα λέξοντες ἥκομεν καὶ ἡμεῖς. (E.) Ἐπεὶ γὰρ εἰς πλῆθος ἡ τῶν Τούρκων ἐπεπόλασεν ἔφοδος, πανταχόθεν ἀεὶ ζημιοῦσα καὶ διατιθεμένη κακῶς τὰ Ῥωμαίων πράγματα, καὶ πᾶσαι μηχαναὶ καὶ παλάμαι γνήσιαί τε καὶ συμμαχικαὶ τῷ βασιλεῖ θεόθεν παντάπασιν C ἠλέγχθησαν οὖσαι μηδὲν, ἑτέραν ἐτράπετο, σφαλερὰν μὲν κατά γε τὸν ἀληθῆ καὶ δίκαιον λόγον· πρὸς δὲ οὕτω βίαιον καὶ ἀνταγωνιστὴν χρόνον, οὐ πάνυ τοι σφόδρα ἀσύνετον. ἔγνω γὰρ τοὺς ἐτησίους τῶν ὑπηκόων αὐξῆσαι φόρους· ἀφ᾽ ὧν μεριζόμενον χο- D ρηγεῖν ἀνὰ πᾶν ἔτος ταῖς τε ἄλλαις χρείαις καὶ ἅμα τοῖς γείτοσι τῶν ἐχθρῶν καὶ ὤνιον οὑτωσὶ τὴν ἐκεῖθεν λαμβάνειν εἰρήνην· ὅμοιον ποιῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις φιλίαν παρὰ τῶν λύκων ὠνούμενος, ἔπειτα τὰς οἰκείας πολλαχόθεν τέμνων φλέβας πίνειν ἐκείνοις παρεῖχε καὶ ἐμφορεῖσθαι τοῦ αἵματος. ὅθεν καιρὸν εἰληφότες οἱ τελῶναι καὶ φορολόγοι ἕτερος ἕτερον ἔφθανεν ὑπισχνούμενος πλείω E παρέξειν αὐτὸς, ὑπηρέτης τῆς τοιαύτης καταστὰς διοικήσεως. καὶ οὕτως ἐν ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ, καίτοι βραχυτέρας ἀεὶ γιγνομένης τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας, ὅμως εἰς χιλίας ηὔξηται χιλιάδας τὰ πρὸς τῶν ἀργυρολόγων καὶ φορολόγων κατ᾽ ἔτος εἰς τὸ βασιλικὸν εἰσαγόμενα ταμεῖον νομίσματα. ἐξ ὧν ἦν τῷ γηραιῷ βασιλεῖ πρὸς βουλήσεως καταστῆσαι τριήρεις μὲν εἴκοσι διηνεκεῖς κατὰ τῶν θαλαττίων καὶ παραθαλαττίων ἐχθρῶν· στρατὸν δ᾽ ἠπειρω- F τικὸν ἐν μὲν Βιθυνίᾳ χιλίους ἱππέας διηνεκεῖς, ἐν δὲ Θρᾴκῃ καὶ V. 159

20. ταμιεῖον A.

velle. Haec ita se habere ex iis, quae iam dicemus, constabit. (V.) Nam cum Turcarum irruptiones rem Romanam undecunque atterentes et afflictantes increbrescerent, et quicquid opis ac subsidii in viribus seu domesticis seu auxiliaribus positum foret, id omne prorsus inutile ac nullum esse Imperator divinitus intelligeret, alia via rem aggressus est, lubrica illa quidem, si vere consideres et aequitatem spectes: non tamen prorsus imprudenti, tam adversis et tam iniquis temporibus. Nam annua subditorum tributa augere statuit; quibus divisis partem in alios usus quotannis conferret, partem finitimis hostibus impenderet, eaque ratione venalem ab iis pacem acciperet. Quod perinde fuit, ac sic quis amicitiam luporum mercari volens venas sibi in plerisque corporis partibus incideret, et sanguine suo illos potari et ingurgitari ultro permitteret. Unde publicani et exactores sumpta occasione alii alios antevertere studuerunt, quisque plura se persoluturum pollicens, si eiusmodi muneris administratio sibi mandaretur. Itaque exiguo tempore, quamvis Romani Imperii fines subinde contraherentur, sic reditus annui creverunt, ut millies millena nomismata quotannis in fiscum ab iis, qui pecunias ac tributa colligebant, referrentur. Unde senior Imperator in animo habebat, perpetuam viginti triremium classem contra marinos et maritimos hostes instituere; terrestres vero copias in Bithynia mille equites perpetuos; in Thracia et Ma-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. P. 196

Μακεδονίᾳ δισχιλίους ὁμοίως· τὰ δ' ὑπόλοιπα χρήματα ἀναλίσκεσθαι πρὸς δαπάνας τῶν ὁθενδήποτε προσιόντων ἄλλοτε ἄλλων πρέσβεων καὶ χορηγίας ἐνιαυσίους τῶν περικυκλούντων ἐθνῶν, καὶ ὅσαι ἄλλαι μυρίαι δαπάναι τοῖς βασιλείοις καθήκουσι πράγμασιν. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ θεῷ γε οὐ μάλα ἐθέλοντι ἦν, δι' ἃς αὐτὸς οἶδεν αἰτίας, ἐξαίφνης ἅπαντα διὰ τῆς κοινῆς ταύτης συγχύσεως ἀνατέτραπται, καθάπερ κύβου μεταπεσόντος. (ς'.) Θαυμάζειν δ' οὖν ὅμως χρεὼν τὴν ἄῤῥητον τοῦ τὰ πάντα ἐφορῶντος κηδεμονίαν, πῶς πλείστας ὁμοῦ καὶ ἀθρόας ἡμῶν ὀφειλόντων διδόναι τὰς δίκας ὑπὲρ μακρᾶς τῆς κακίας, μετά τινος αὐτὸς φειδοῦς καὶ φιλανθρωπίας λαμβάνειν ἔκρινε ταύτας. οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις B τισὶν οὐδ' ἀλλοφύλοις ἐχθροῖς καὶ ἀγρίοις παρέδωκεν ἡμᾶς, ἀλλ' ὁμοφύλοις ἀνθρώποις καὶ ἰσοψύχοις καὶ γνωστοῖς καὶ μαλακωτέροις, ἢ παρ' ὧν ἐχρῆν ἡμᾶς τιμωρεῖσθαι, τοὺς πλείους τέως τῶν κύκλῳ καθ' ἡμῶν μαινομένων θανάτῳ προαρπάσας· ἵνα μὴ κατ' ἀλλήλων ἡμῖν ἐκπολεμωθεῖσι καὶ καλάμῳ συντετριμμένῳ ἀτεχνῶς ἐοικόσιν ἐπιτιθέντες κἀκεῖνοι πάντας ἄρδην εἰς ὀλέθρου βυθοὺς παραπέμψωσιν. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ τέθνηκε μὲν ὁ C Κράλης Σερβίας· τέθνηκε δ' ὁ τῶν Βουλγάρων ἡγεμὼν ὁ Σφενδοσθλάβος· πεφόνευται δὲ πρὸς τοῦ ἀνεψιοῦ κόντου Κεφαλληνίας ὁ τῶν Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων δεσπότης· προσετεθνήκει δὲ καὶ ὁ τῆς τῶν Θετταλῶν ἡγεμονίας τελευταῖος διάδοχος, ὁ τῶν Ἀγγελωνύμων ἀπόγονος. ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι. (Ζ.) Ἐπεὶ γὰρ ἐγνώσθη

1. ὁμοίους A. 20. Κεφαλληνίας A., Κεφαλην. W. 21. προσετεθνήκει A., προετ.

cedonia bis mille item perpetuos: reliquam vero pecuniam in sumptus undecunque advenientium legatorum, et in annua tributa finitimis gentibus persolvenda conferre, caeterosque Imperii sumptus paene infinitos. Sed quia ne id quidem placebat Deo, propter causas, quas ipse novit, subito omnia confuso illo reipublicae statu eversa sunt, ut in alea, cum tessera in contrarium vertitur. (VI.) Admiratione tamen digna est ineffabilis illa omnium inspectoris Dei clementia, qui cum nos diuturnae improbitatis poenas plurimas easque confertas luere deberemus, eas tamen parce et humaniter expetendas esse iudicaverit. Neque enim alienigenis barbaris atque immanibus hostibus nos tradidit: sed popularibus et notis, et iis, qui a nostris moribus non abhorrerent, adeoque clementiores essent iis, per quos puniendi eramus; plerisque videlicet eorum, qui circumcirca in nos saeviebant, morte praereptis, ne nos intestino bello conflictatos et confracto calamo plane similes etiam illi aggressi funditus omnes internecione delerent. His enim temporibus obiit Crales Serviae: obiit et Venceslaus, Bulgarorum princeps. Est et a sororis filio Cephalleniae Comite interfectus Aetolorum et Acarnanum despotes. Quin et Thessalici principatus ultimus haeres, ex Angelica familia ortus, decesserat. Sed illuc redeo. (VII.) Cum senior Imperator ante solis ortum nepotis fugam cognovisset,

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

τῷ γηραιῷ βασιλεῖ πρὶν ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον ἡ τοῦ ἐγγόνου
φυγή, προσκαλεσάμενος αὐθημερὸν τοὺς ἐν Βυζαντίῳ παρόν-
τας τῶν ἀρχιερέων (ὁ γὰρ πατριάρχης μιᾷ τῆς φυγῆς ἡμέρᾳ
προετεθνήκει) ἐγγράφῳ καθυποβάλλειν ἐπιτιμίῳ τούτοις ἐκέλευε
τόν τε ἔγγονον ὡς ἀποστάτην καὶ ἅμα τούς τε αὐτῷ συνεξεληλυ-
θότας καὶ εἴ τις ἔτι ἢ φεύγειν ἢ τὰ ἐκείνου φρονεῖν μέλλοι· ὃ D
δὴ καὶ ῥᾳδίως ἡ τῶν ἀρχιερέων ἐπέραινε σύνταξις. ἦν δ' ἐπὶ τού-
τοις ἰδεῖν καὶ τὸ θεῖον πανταχῇ περιφερόμενον εὐαγγέλιον ἔν τε
βασιλείοις αὐλαῖς, ἔν τε ὁδοῖς, ἔν τε ἀγοραῖς, καὶ τοὺς ὀμνύειν E
τὸν δῆμον κελεύοντας, ἀφίστασθαι μὲν τῆς τοῦ νέου βασιλέως
κοινωνίας καὶ γνώμῃ καὶ χειρὶ καὶ γλώττῃ· συντίθεσθαι δὲ βε-
βαιότερον τῷ γηραιῷ βασιλεῖ. ταῦτα μὲν οὖν τῆς βασιλευούσης
ἐντὸς τοῦτον ἐτελεῖτο τὸν τρόπον. οἱ δὲ περὶ τὸν νέον βασιλέα
Ἀνδρόνικον ἐλευθερίαν κηρύξαντες καὶ ἀτέλειαν ταῖς ἐν Θρᾴκῃ
κώμαις καὶ πόλεσιν ἅπαντας εἶχον εὐθὺς εὐπειθεῖς πρὸς ἅπαν δὴ F
τὸ τῆς γνώμης βουλόμενον. καὶ ἦσαν δὴ πάντες οἱ μέχρι Χρι-
στουπόλεως Θρᾷκες ἐν ὅπλοις εὐθὺς ὑπὲρ τοῦ νέου βασιλέως κατὰ
τοῦ γηραιοῦ προθύμως ὁρμώμενοι. καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἁπαν-
ταχῇ περιϊόντας τῆς Θρᾴκης τελώνας καὶ φορολόγους αὐτοὺς
μὲν ἀνέδην ᾐκίζοντο· ἃ δ' ἐπεφέροντο βασιλικὰ χρήματα ξὺν
οὐδενὶ κόσμῳ διαλαχόντες ἐνείμαντο. πρὶν δ' ὅλην ἡμερῶν ἑβδο-
μάδα παραδραμεῖν, ἄραντες ἐξ Ὀρεστιάδος πλῆθος οὐ μάλα
ἀριθμητὸν ἱππέων καὶ πεζῶν, τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν, ᾔεσαν ἐπὶ P. 197
τὴν βασιλεύουσαν, ὡς αὐτίκα αἱρήσοντες στασιάζουσάν τε καὶ
ἐκπεπολεμωμένην πρὸς ἑαυτὴν ταῖς τοῦ δήμου γνώμαις ἐλπίδι

20. ἀνέδην A., ἀναίδην W.

eodem die pontificibus qui in Urbe aderant arcessitis (nam patriarcha pridie fugae obierat), scripto anathemate nepotem damnari iubet ut rebellem; item eos, qui simul cum eo exivissent, quive deinde fuga evasuri aut eius partes defensuri essent. Id autem facile a pontificum coetu peractum est. Ex eo passim sacrosanctum Evangelium in palatiis, in viis, in foris circumferri cerneres, et populum sacramento adigi, ut a iunioris Imperatoris societate animo et manu et lingua recederent; seniori autem arctioribus obedientiae vinculis astringerentur. Quae cum ad hunc modum in urbe Imperatrice gererentur, Andronicus iunior libertate et immunitate Thraciis pagis et urbibus pronunciata illico omnes voluntati suae obsequentes et quidvis facere paratos habuit. Statim Thraces universi Christopolin usque pro iuniore Imperatore in armis fuerunt, seniorem cupide invasuri. Ac primum passim per Thraciam vagantibus publicanis et exactoribus foede excruciatis, ereptam, quam circumferebant pecuniam, nulla modestia inter sese partiuntur. Priusquam autem septem dies elaberentur, Orestiade digressi multitudo equitum, peditum, sagittariorum et funditorum paene innumerabilis Byzantium versus proficiscuntur, primo impetu expugnaturos se Urbem rati, seditione laborantem et ipsam secum ob varia civium studia dissidentem,

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. V. 160

λημμάτων, ὁποῖα ταῖς ἀδίκοις χερσὶν ἐκπορίζουσιν αἱ τοιαῦται τῶν πραγμάτων καινοτομίαι, τοῦ Συργιάννη πάντα κινοῦντος. τέτταρας δ' ὅλας ὡδευκότες ἡμέρας ἀφίκοντό τε καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο πρὸ τοῦ τῆς Σηλυμβρίας ἄστεος. (H.) Ἔμελλον δ' ἔτι καὶ προσωτέρω πορεύεσθαι. ἀλλ' εἰδὼς ὁ γηραιὸς βασιλεὺς οὐκ B ἠρεμήσον τὸ πλῆθος τῆς πόλεως, ἀλλὰ νεωτερίσον, εἰ πρὸ τῶν πυλῶν θεάσαιντο τὸν στρατὸν, φθάνει πρεσβείαν ἀποστείλας πρὸς αὐτόν. ἦρχε δὲ τῆς πρεσβείας ὁ Φιλαδελφείας Θεόληπτος, ἀνὴρ οὐ μόνον ἀρεταῖς παντοίαις κοσμούμενος καὶ πᾶσαν αἰδῶ τοῖς ἐντυγχάνουσι προπέμπων, ἀλλὰ καὶ βαθεῖαν αὔλακα διὰ C φρενὸς καρπούμενος. ἀπεστάλη δὲ καὶ ἡ τοῦ Συργιάννη μήτηρ, δυσωπήσουσα τὸν υἱὸν μάλιστα πάντων καὶ πείσουσα μὴ ὁμόσε χωρεῖν ἐς τὰ τείχη τῆς βασιλευούσης· κινδυνεύειν γὰρ ἂν οὕτω στασιάσαι κατ' ἀλλήλων τοὺς Βυζαντίους καὶ μεγίστην γενέσθαι φθορὰν πάντων ὁμοῦ χρημάτων, οἰκιῶν, ἀνδρῶν, γυναικῶν, ἀρχόντων, ἀρχομένων, ὧν τὴν αἰτίαν ὁ καρπούμενος οὐκ οἶδ' D ὅπως οὐ δυσσυνειδήτως διάξει τὸν ἅπαντα βίον· ἀλλ' ἐπανιόντα μικρὸν οὕτω πόῤῥωθεν ποιεῖσθαι τοὺς λόγους καὶ αὐθαιρέτους τῶν ζητημάτων τὰς καταστάσεις. ὅ γε μὴν Συργιάννης αἰδεσθεὶς μὲν καὶ τὴν τοῦ Φιλαδελφείας παρουσίαν, κατακλασθεὶς δέ πως καὶ ταῖς τῆς μητρὸς ἱκεσίαις, ἐπάνεισι πρὸς τὸν βασιλέα διατρίβοντα περὶ τὴν Ὀρεστιάδα. κἀκεῖσε τοίνυν αἱ πρὸς τοῦ γηραιοῦ βασιλέως ἐπέμποντο πρεσβεῖαι, κἀκεῖθεν τὸ κῦρος αἱ τῶν ζητη-

7. ἀποστεῖλαι A.

spe emolumentorum, quae huiusmodi novarum rerum molitiones rapacitati iniustae suppeditant, Syrgianne exagitante omnia. Ac quatuor integris diebus in itinere consumptis Selymbriam pervenerunt, et in eius urbis conspectu castra posuerunt. (VIII.) Cum autem ulterius progressuri essent, et senior Imperator urbanam turbam, si hostilem exercitum ante portas vidisset, non quieturam esse sciret, sed novitatis studio aliquid ausuram, eorum adventum antevertit, praemissis legatis, quorum princeps erat Theoleptus, Philadelphiae episcopus, vir non tantum omnis generis virtutibus ornatus et magna sui reverentia obvios quosque praeoccupare solitus, sed et prudentia singulari excellens. Missa est et Syrgiannis mater, quae filium suum potissimum in verecundiam adduceret, eique persuaderet, ne ad moenia Urbis oppugnanda progrederetur: periculum enim fore, ne dissidio inter Byzantinos orto maximus interitus consequeretur omnium opum, aedium, virorum, matronarum, magistratuum, subditorum: cuius criminis reus qua ratione tranquillo animo per omnem aetatem unquam esse posset? sed ut paulum regressus ita demum verba et liberas pactiones e longinquo faceret. Syrgianes igitur, cum episcopi Philadelphiensis praesentiam reveritus, tum precibus matris suae fractus, ad Imperatorem, qui circa Orestiadem tum agebat, revertitur. Eo itaque senioris Imperatoris legationes mittebantur; atque illinc quae super singulis postulationibus decreta essent plenam

μάτων ἐδέχοντο κρίσεις. (Θ.) Τέλος κυροῦται παρ' ἀμφοτέρων A. C. 1282 ad 1328
τῶν βασιλέων, τὸν μὲν νέον κατέχειν αὐτοκρατορικῶς τῆς Θρᾴ-
κης ὅσον τὸ ἀπὸ Χριστουπόλεως ἄχρι τῶν περὶ τὸ Ῥήγιον προαυ-
λίων καὶ προαστείων τῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ ἅμα τὰ παρ' Imp. Andron. Senioris.
αὐτοῦ τοῖς περὶ αὐτὸν διανεμηθέντα τῶν τῆς Μακεδονίας χωρίων· E
ἦσαν γὰρ ταῦτα πολλὰ καὶ ἐς πολλὰς χιλιάδας ἑκάστῳ τὴν ἐπέ-
τειον ἀναφέροντα πρόσοδον· τὸν δὲ γηραιὸν, τήν τε Κωνσταντι- F
νούπολιν καὶ τὰς ἐπέκεινα τῆς Χριστουπόλεως λοιπὰς Μακεδο-
νικὰς χώρας καὶ πόλεις· καὶ πρὸς τούτοις δέχεσθαί τε καὶ διοι-
κονομεῖν καὶ τὰς πρὸς τῶν κυκλούντων ἐθνῶν πρεσβείας. μηδὲ
γὰρ πρὸς θελήσεως εἶναι τῷ νέῳ τοιαύτας φροντίδας. ἀνδρὶ γὰρ
ἐκ φύσεως ὡρμηκότι πρὸς ἄνεσιν καὶ κυνηγέσια καὶ ἀσχολίας τοι-
αύτας φόρτον τά γε τοιαῦτα φαίνεσθαι πάνυ βαρύτατον καὶ μά-
ταιον ἄχθος. ἐπὶ τούτοις οὖν αἱ σπονδαὶ γίνονται ἀσμένῳ μὲν τῷ P. 198
νέῳ βασιλεῖ, οὐ μάλα δ' ἀσμένῳ τῷ γηραιῷ· ἀλλ' εἰ χρὴ τἀληθῆ A. C. 1321 sub initium mens. Ian.
φάσκειν, καὶ πάνυ τοι σφόδρα ἄκοντι καὶ βουλομένῳ μὲν ἀντι-
παλαμήσασθαι πρὸς τοσαύτην ἀνέλπιστον συμφορὰν, διὰ δ' ἀμη-
χανίαν ναρκῶντι καὶ στέργοντι τὰ παρὰ τοῦ ἐγγόνου θεμιστευόμενα
καθάπερ ἀπὸ τρίποδος Δελφικοῦ.

ζ. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον κἀμοὶ τῶν ῥητορικῶν καὶ φιλο- V. 161
σόφων βίβλων ἀπαλλαγέντι χρήσιμον ἔδοξεν εἶναι προσιέναι τῷ B
γηραιῷ βασιλεῖ καὶ συνήθει τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ καταστῆναι, συνε-
τῆς τε οὔσης καὶ φιλοτίμου καὶ ἀκοῆς ἐλλογίμων σφόδρα ἀξίας

20. Quae sequuntur hinc usque ad initium Capitis decimi, non extant in codice A. Probabile est Gregoram ipsum ea tanquam superflua recidisse. BOIV.

robur accipiebant. (IX.) Tandem inter utrosque convenit, ut iunior Imperator Thraciam, quae a Christopoli usque ad Constantinopolis confinia et suburbia versus Rhegium pertinet, cum summa potestate obtineret, simulque ea praedia, quae suae factioni assignasset in Macedonia; quae et multa erant, et singulis multa millia quotannis pendebant: senior vero tum Constantinopolin, tum urbes et provincias omnes Macedonicas ultra Christopolin sitas: ad haec legationes finitimarum gentium audiret et iis curam convenientem impenderet: quod eae sollicitudines iuniori minime cordi essent, cui ad vitam otiosam et ad venationes natura propenso et rebus eiusmodi occupato, gravissimum onus illud et inanis molestia esse videretur. His conditionibus foedus initur, quale iunior Imperator, non quale senior optabat. Immo hic, si vera dicenda sunt, omnino invitus illud foedus iniit, et tantae calamitati, praeter spem sibi allatae, obluctari quidem voluit: sed omni auxilio destitutus obtorpuit, ac ea quae a nepote tanquam ex Delphico tripode responsa reddebantur accepit.

7. Sub hoc tempus et mihi, oratoriis et philosophicis libris relictis, utile visum est seniorem Imperatorem adire, et in eius familiaritatem me insinuare: quae et prudens esset et liberalis et eruditorum auscultatione

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

καὶ ζητουμένης μὲν πρὸς τῶν λογίων, οὐ ῥᾷστα δ᾽ εὑρισκομένης,
οὐδ᾽ ἐκκειμένης τοῖς βουλομένοις. τῆς μὲν γὰρ τοῦ μεγάλου λο-
γοθέτου ὁμιλίας (τετίμητο γὰρ ἤδη καὶ τῷ τοιούτῳ πρὸς τοῦ
βασιλέως ἀξιώματι), τούτου τοίνυν τῆς ὁμιλίας, ἐπείπερ ἀκροα-
C τὴς ἐγενόμην αὐτοῦ κατά γε τὸ τῆς ἀστρονομίας μάθημα, ξυνέβη
μοι ἀπολελαυκέναι ἐς κόρον. καίτοι καὶ οὐδ᾽ αὐτὸς ἔξω φειδοῦς
ἐν ἀρχαῖς τὴν αὐτοῦ μοι παρεῖχε γλῶτταν, οὐδ᾽ αὐτῆς δὴ τῆς
ἀστρονομίας ἀφθόνως μεταδιδόναι ἐβούλετο· εἴτε τὸν ἐμὸν ἀγνοῶν
ἔτι τρόπον, εἴθ᾽, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ἦν, τὴν αὐτὴν Συνεσίῳ τῷ
D πάνυ καὶ Λύσιδι τῷ Πυθαγορείῳ τρέφων γνώμην. κελεύουσι γὰρ
ἐκεῖνοι, μὴ κοινὰ ποιεῖσθαι τὰ φιλοσοφίας ἀγαθὰ τοῖς μηδ᾽ ὄναρ
τὴν ψυχὴν κεκαθαρμένοις. οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς βουλομένοις
τὰ μετὰ πολλῶν ἀγώνων πορισθέντα. καὶ γὰρ καὶ τὸ δημοσίᾳ φι-
λοσοφεῖν μεγάλης, φησὶν, ἐς ἀνθρώπους ἦρξε τῶν θείων κατα-
φρονήσεως. (B.) Κατ᾽ ἰδίαν οὖν αὐτῷ προσελθὼν καὶ ἀκίβδηλον
τὸν ἐμὸν ὑποδείξας τρόπον αὐτῷ μὴ κατὰ τοὺς πολλοὺς ἠξίουν
E ἡγεῖσθαι κἀμέ. πόῤῥω γὰρ τὰ Φρυγῶν καὶ Περσῶν ἔφασκον εἶναι
ὁρίσματα. ἔπειτα καὶ γλώττῃ μειλιχίῳ πειθοῦς τινος ἕνεκα χρώ-
μενος τάδε πρὸς αὐτὸν διεξῆλθον. „εἰ μὲν ἐπίσης ἅπαντα τὰ βίου
τερπνὰ διανέμειν εἶχεν ἡ φύσις, ἀνέραστος ἂν ἦν δήπου γε καὶ
ἀταλαίπωρος ἡ τούτων ζήτησις καὶ ῥᾷστα δὴ τοὐντεῦθεν τῆς φι-
P. 199 λαλληλίας ὑποτέμνεσθαι ξυνέβαινε τοὺς λόγους. νῦν δ᾽ ἐπειδὴ
ἔδει ἀνακεκρᾶσθαι τοῖς λυπηροῖς τὰ ἡδέα καὶ τρίτον πίθον οὔ
φασιν Ἑλλήνων παῖδες ἐν Διὸς εἶναι κακῶν ἀμιγῆ, λυπεῖ μὲν τῷ

24. Ad λυπεῖ supple ἡ φύσις. BOIV.

dignissima: quae cum a doctis quibusque expeteretur, non pateret facile neque contingeret omnibus. Nam magni Logothetae consuetudine (iam tum enim ea dignitate ab Imperatore ornatus erat), eius inquam cum in Astronomicis auditor fuissem, consuetudine satiatus eram. Quamquam is quoque initio parcius mecum disserebat, nec ipsam astronomiam affatim mihi communicabat, sive ingenii mei adhuc ignarus, sive, id quod verum erat, eodem animo praeditus, quo praestantissimus Synesius et Lysis Pythagoreus. Illi enim vetant, ne philosophiae bona iis communicentur, quorum animus nondum vel leviter saltem purgatus fuerit. Nefas enim esse, ea quae magnis laboribus parta sint, cuivis offerre. Praeterea publice philosophandi consuetudinem magnum apud mortales rerum divinarum contemptum peperisse. (II.) Cum autem seorsim eum adiissem, et integritatem meam illi demonstrassem, rogavi, ne me vulgi similem arbitraretur. Multum enim inter Phrygum et Persarum, quod aiunt, limites interesse. Deinde blando sermone persuadendi causa apud illum usus huiusmodi orationem habui. „Si ea, quae delectationem pariunt, omnia ex aequo distribuere natura potuisset, facilis et laboris omnis expers esset utique nunc eorum indagatio, et mutui amoris causae facillime praeciderentur. Nunc vero cum iucundis admisceri molesta necesse fuerit, et Graeci tertium dolium in Jovis aula nullis permi-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ἐνδεεῖ, τέρπει δ' αὖ ἐν προθύροις οἰκίζουσα τὴν ἐλπίδα τῆς εὐπορίας καὶ διδοῦσα παλάμην ἀντίπαλον τῇ πλεονεξίᾳ τοῦ ἐνδεοῦς· καὶ ζητεῖ μὲν οὗτος, δίδωσι δ' ἐκεῖνος· καὶ τοὐναντίον αὖθις καὶ διὰ παντὸς ἑκάτερον· καὶ νόμος τοῦτο γίνεται φιλίας καὶ δεσμὸς ἀλλήλοις ἄφυκτα ἰσχύων. καὶ τοῦτ' εἶναι γένοιτ' ἂν οἶμαι φάναι παντὶ, ὃ γῇ μὲν πλωτὴν ἐργάζεται θάλατταν καὶ ταύτην B αὖθις ἐκείνῃ βάσιμον. καὶ Τάναϊς μὲν δι' αὐτό γέ τοι τοῦτο δρόμον ποιούμενος ὑπερόριον ἐπιῤῥεῖ τῇ Ἑλλάδι καὶ Ἴστρος ἐπ' Αἴγυπτον ἔρχεται καὶ Μαιώτιδι Νεῖλος κοινοῦται τὸ ῥεῦμα. εἰ δέ τις φειδοῖ χρώμενος μὴ διαδόσιμα βούλοιτο γίγνεσθαι τὰ καλὰ, μὴ καὶ λάθῃ νόμον οὗτος διὰ πάσης γράφων γῆς κακίας ἀρχηγέτην καὶ ἐς νυκτὸς ἵν' εἴπω βάραθρα καὶ σκοτεινοὺς ὀλίσθους ὅλῃ ῥύμῃ ξυνωθῶν τοὺς τῆς ἐπιμιξίας λόγους καὶ περιφανῶς C ἀδικῶν, δι' οὓς ἐκείνῳ τοῦτ' ἐχαρίσατο τἀγαθὸν ὁ τῆς φύσεως δημιουργός. εὔδηλον γὰρ δήπου τοῖς ὅλοις, μηδὲν μηδενὶ παρὰ τῆς προνοίας ἀγαθὸν παραγίγνεσθαι δι' ἕνα γέ τινα τὸν εἰληφότα· ὡς ἄρα οὐδ' ἡλίῳ τὸ φῶς, ἵν' αὐτὸς ἀπολαύοι μόνος. εἰ δ' ἀθάνατα V. 162 ἔμελλε βιώσεσθαι τὰ πράγματα κἀπὶ τῆς αὐτῆς ἑστήξειν κρηπῖδος ἀεὶ, εἶχεν ἄν τις ἴσως οἵαις δή τισιν αἰτίαις τῆς ἀρετῆς παρακρούεσθαι τὴν διάδοσιν. ἀλλὰ νῦν ἐστι τῶν ἀμηχάνων πάντη D τουτί. ταύτῃ τοι καὶ ἀθανασίαν ἀντιτεχνώμενοί τινες καὶ κλέος ἀπέραντόν σφισιν αὐτοῖς προμνώμενοι πᾶν ὅ,τι κλέους * ὁστιοῦν ἀρχὴν εἰδείη γίγνεσθαι, πρὸς τοῦτ' αὐθαίρετος παρείη. καὶ Πυθαγόρας μὲν αὐτίκα τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ σοφοῖς ξυμβαλὼν καὶ ξυνοργιάσας

22. * Locus mendosus. BOIV.

stum malis esse negent: ut inopia molesta est, ita copiae spes delectat: haeque inter sese pugnant, et efficiunt ut alius petat, alius largiatur, sintque hae vices perpetuae, ultro citroque commeantes: quae amicitiae lex est et vinculum firmissimum. Et hoc illud esse dicere liceat, quod telluri praestet, ut mare navigetur, et mari, ut in tellure ambuletur: utque Tanais longinquo cursu in Graeciam feratur, et Ister in Aegyptum perveniat, et Nilus aquas suas Maeotidi communicet. Si quis vero adeo tenax fuerit, ut bona distribui nolit: ei cavendum erit, ne legem per orbem terrarum ferat omnis improbitatis auctorem, et omnes congressus, omnia commercia funditus tollat, ac manifesta iniuria afficiat eos, propter quos ea bona a naturae auctore acceperit. Neque enim obscurum cuiquam esse potest, nullum a divina providentia bonum cuiquam contingere, ut solus eo fruatur: ut nec lucem Soli, ut sibi soli luceat. Quod si res aeternum victurae eodemque statu permansurae essent, posset forsitan aliquis qualibuscunque de causis communicationem virtutis eludere. Cum autem id nulla ratione fieri queat, nonnulli artificio quodam immortalitatem consectantes, neque quicquam unde gloria existat praetermittentes, omnem laborem ultro ceperunt. Ac ne longius abeam, Pythagoras cum Aegyptiorum sapientibus congressus, eorumque sacris initiatus, in Graecia laudari concupivit: ea-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

Ἑλληνικῶν ἐπεθύμησεν ἐγκωμίων· κἀκεῖσε δὴ κωμάζει διαπόντιος ἐραστὴς καὶ τὴν ἀρετὴν διὰ πάσης δημοσιεύσας Ἑλλάδος μεστὸν ἑαυτοῦ τὸν ἐφεξῆς ἔλιπεν αἰῶνα. ἤδη δέ τις καὶ πρὸς τὴν ἐν Πυθοῖ δάφνην καὶ πρὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ κότινον ἐξ E Ἀσίας ὁρμᾶται. ᾔδει γὰρ ὡς ἔνεστι τῷ μαραινομένῳ τῷδε θαλλῷ κλέος ἀμάραντον· καὶ τοῦτο μᾶλλον ἀναζωπυρεῖ τὴν μετὰ ταῦτα μνήμην, ἢ πάντες οἱ τῆς Ἀσίας λειμῶνες καὶ αἱ κρῆναι καὶ ἡ παντοδαπὴ τῶν ἐκεῖ φυομένων βαφή. τούτοις δὴ οὖν καὶ πλείστοις ἄλλοις διὰ ποικίλης ἐλθοῦσι παραπλησίαν τῷ ἐφεξῆς παρα- F θέσθαι βίῳ τὴν μνήμην ἐξεγένετο. νῦν δ' ἵνα μὴ διατρίβω, τῶν μὲν ἄλλων τὴν φύσιν καθάπαξ εἰπεῖν ὁ τὰ καθ' ἡμᾶς ἐξελίττων αἰὼν ἄκαρπον διαφεύγει διαλιμπάνων ἔρημόν τε σοφίας καὶ οὐ πολλοῦ δέω λέγειν μηλόβοτον· οἵαν δὴ καὶ τὴν τῶν Θηβαίων Ἀλέξανδρον πάλαι πεποιηκέναι φασίν· ὡς ἐξεῖναι γίγνεσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς ὑπόθεσιν διαρκῆ τοῖς ἐν σκηνῇ τραγῳδοῦσι. μόνον δ' ἐξ ἁπάντων σὲ κρατίστην εἰκόνα φύσεως ἐξαπέφηνε κράτιστα ἐρ- P. 200 μοσμένην, οἷα δὴ καὶ σελήνην ἐν ἀστράσι καὶ ζώπυρον ἐν κρυμῷ καὶ χειμῶνι. καὶ οὐχ οὕτω τὰ καθ' ἡμᾶς νεῴ καὶ τείχη δύναιντ' ἂν καὶ ἄλση καὶ στοαὶ κοσμεῖν, ἢ σὺ καὶ ὁ τῆς σῆς ἀρετῆς κόσμος. καὶ μέγα μέν τ' ἂν ὄφελος εἶναί σε τοῖς κοινοῖς ὁμολογοίημεν ἅπαντες, ἅτε τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ συναιρόμενον, ὅσα καὶ κυβερνήταις οἱ τὸν πόλον καὶ τὴν Ἑλίκην διασκοπούμενοι. ἀλλὰ τί τις ἂν φαίη; ἦν καὶ Φειδίας ἐν Ἕλλησι μέγας ἔκ τε τῆς μελίττης, ἔκ B τε τοῦ τέττιγος· ἀλλ' οὐχ οἷος ἐκ τοῦ Ὀλυμπιάσι Διός. ἔτι τοίνυν καὶ τοὐντεῦθεν κλέος θᾶττον ἢ τὰ ἐν ἀγρῷ φυόμενα διαῤῥεῖ

9. Ad ποικίλης suppl. ὁδοῦ. BOIV. 13. πολλοῦ Boiv. pro πολλῷ. 18. νεῴ Boiv. pro νεώς.

que cupiditate impulsus in eam traiecit: virtuteque sua per totam Graeciam vulgata nomen aeternum est consecutus. Est etiam qui Delphicam laurum et Olympicum oleastrum ex Asia profectus petat: non ignarus, marcescenti illi corollae inesse gloriam, quae non marcescat et posterorum memoriam magis excitet, quam omnia Asiae prata et fontes et fuci tincturarum. Hi igitur et alii plurimi horum similes variis rationibus sui memoriam tradere posteris potuerunt. Nunc vero, ne longum faciam, aliorum ingeniis nostra aetas sterilibus relictis elabitur et sapientia destitutis: ac parum abest, quin belluinis dicam, ut nostrae res deplorandae esse videantur. Te vero solum omnium expressam naturae imaginem et optime informatam tulit aetas nostra, lunae inter stellas similem, et igni in hiemis rigore. Neque nos adeo fana et moenia et luci et porticus ornare possunt, ut tu et tuae virtutis ornatus. Ac plurimum quidem te Reipublicae prodesse fateantur omnes; quippe qui magno Imperatori id praestes, quod gubernatori ii, qui polum et Helicen observant. Sed quid dicamus? Fuit et Phidias apud Graecos magnus ob apis et cicadae sculpturam: sed non tantus, quantus ob Jovem Olympicum. Praeterea quae inde colligitur gloriola cum ipsa memoria et corpore citius

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

αὐτῇ μνήμῃ καὶ αὐτῷ σώματι. εἰ δέ γε τῶν ἐν τῇ ψυχῇ τῆς σοφίας θησαυρῶν μεταδοίης, οὐκέτι σοι μετὰ λήθης τοὔνομα κείσεται, καθάπερ οἳ χωλὴν τοῦ βίου ζωὴν ἐβάδισαν, ὅ φησι Πλάτων· κῆρυξ δ' ἐς τὰ μάλισθ' ἑαυτοῦ σχεδὸν ἐπὶ μέσης ἑστήξει τῆς οἰκουμένης καὶ τῷ μακρῷ χρόνῳ μετὰ φαρμακευούσης ἐμπομπεύσει τῆς ἡδονῆς· καὶ μὴ ὅτι γε μνήμης ἀξιώσεται τῆς διὰ γῆς πλανωμένης καὶ προσκαίροις ἀκοαῖς τὸ ἴχνος ἐρειδούσης, ἀλλὰ C κἀκείνης γέ τοι, ἣ καὶ αὐτὸν ἄνθρωπον παραθεῖ καὶ τὸ παράπαν ἀκήρατος ἀεὶ διαγίγνεται. ἄγε δὴ οὖν ἄγε, τῶν ὑφ' ἡλίῳ σοφώτατε· μετάδος τοῦ σοῦ κόσμου τῇ θρεψαμένῃ, καθάπερ Λυκοῦργοι καὶ Σόλωνες· τίμησον τὸ διαβόητον ἄστυ τουτί, καθάπερ τὴν Ἀθηναίων πάλαι Σωκράτεις καὶ Πλάτωνες. ἄνοιξον ἡμῶν τὸ τοῦ νοῦ βλέφαρον· δεῖξον ἐναργέστερον τίς ὁ τοῦ παντὸς ἁρμοστὴς καὶ ποία ποθ' ἡ τούτων παναρμόνιος σύνταξις· δί- D δαξον πῇ τὰς αἰτίας θετέον τοῦ τοσούτου δοθέντος ἀγαθοῦ· τῇ τῶν ἄστρων ἀνάγκῃ, κατὰ τοὺς θύραθεν λόγους, ἢ τῷ τοῦ παντὸς αἰτίῳ. ἐκ πολλοῦ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ διαπορουμένῳ οὐδεὶς οὐδέπω μοι νοῦς ἀπηντήκει τῆς ἐμῆς ἀποχειροτονῶν ψυχῆς τἀμφιβαλλόμενον. ὥστ' εἰ μὴ δι' ἄλλο τι, διὰ γοῦν ἕν γέ τοι τοῦτο δίδαξον. ποῦ δ' οὐκ ἂν ἐλαύνοι σχετλιότητος, οὐρανοὺς μὲν διηγεῖσθαι δόξαν θεοῦ περιηχοῦντας πᾶσαν γῆν, ἡμᾶς δὲ κωφεύειν E οὐκ ἐπαΐοντας ἅττα φασίν, ἀλλ' ἄστροις τὸ θρυλλούμενον τεκμαίρεσθαι τὴν τούτων ἐπιστήμην; ἔπειτα καὶ τοῦ παντὸς ἂν πάντως ἐλλείποι μὴ ἀδικίας ἔσχατα εἶναι τουτί, εἰ μήτε κατὰ Πυθα- V. 163 γόραν ἐς Ἀττικὴν ἀπ' Αἰγύπτου διαβαίνειν δέον, μήθ' ὁμοίως

